STEPHANI M. FABBRUCCI

J. C. FLORENTINI

Ex Cœtu Senenſium Intronatorum

OPUSCULUM XI.

Ab Anno Piſanæ Defectionis 1494. uſque ad novum Academiæ caſum Anni 1505.

D.ro DIOMEDE BONAMICI
Livorno

Digitized by Google

PRoperatum Opus (atque utinam, omni ex parte, feliciter!) in Juridicis rebus magis occupatus, Tibi nunc exhibeo, Benevolentiſſime Lector, ea turbulentiſſima tempora percurrendo, quæ prænarratam Piſanorum defectionem ſub *Carolo VIII.* & Florentini Status, ejecto *Petro Medice*, mutationem conſecuta ſunt.

Utque Rerum Diplomaticarum ſtudioſis morem geram, ſimulque odium injucundæ narrationis effugiam, excerpta quædam ex Mſ. Codice F. *Bartholomæi Dominici de Deis*, Florentinarum, ut vocant, Reformationum Notarii, ad litteram exſcribo... (*a*) „ Die Dominico, Nono No-
„ vembris 1494. mutatur ſtatus Po-
„ puli Florentini ejecto Petro Medi-
„ ce Laurentii filio, qui Rempubli-
„ cam, & libertatem occupare ten-
„ taverat propter commotionem to-
„ tius Italiæ ex adventu Regis Fran-
„ corum ad Regnum Neapolitanum
„ cum magno exercitu capeſſendum
„ proficiſcentis. Ex quo tumultu ca-
„ ptus fuit Antonius Bernardi Mi-

(a) *Ex lib. V. Rer. Stud. pag.* 27. *in Arch. Ref. Fl.*

„ niatis unus ex DD. Officialibus,
„ qui fuerat Proviſor Officialium
„ Montis per plures annos, ut com-
„ puta ſuæ adminiſtrationis redde-
„ ret, qui tandem infelix, propter
„ pecunias Communis non bene cu-
„ ſtoditas, ſeu male diſperſas, ut fer-
„ tur, laqueo periit die 12. menſ.
„ Novembr. 1494. omni ejus ſub-
„ ſtantia & domo Populo in præ-
„ dam traditis. F. Jo: quoque de
„ Guidis F. Bartholomæi filius Of-
„ ficialis Reformationum, & DD.
„ Officialium Studii Notarius, cujus
„ ego vicem gero in hoc Studii Of-
„ ficio, ſimili modo captus, & diſ-
„ ſipatis omnibus ſuis bonis & diru-
„ ta domo in carcerem truditur. Ce-
„ tera, quæ in adventu D. Regis
„ facta fuerunt, alius alibi deſcri-
„ bet. "

Ad prænarrata hæc, & præſertim ad *Petri Medicei* depreſſionem, reſpectum habuiſſe creditum eſt eos Mediceo nomini infeſtos Cives, avitæque libertatis nimium cupidos, qui paulo poſt, æneum illud inſigne Simulacrum Judithæ caput Holofernis amputantis, manu præcellentis Artificis *Donatelli* ſculptum, ſub ea Porticu, quæ vulgo *de' Trabanti* Florentiæ nuncupatur, ab ea parte, quæ Curiam reſpicit, cum hac Inſcriptio-

ne -

ne ponendum curarunt : *Exemplum Pub. Sal. Cives poſ. An.* 1495.

Ad rem autem Academicam Piſanam hujus Anni 1494. quod ſpectat, ita in præcitato Codice ſubnotatur (*a*) *A die prima Novembris legi non potuit ſupervenientibus bellis, & Rebellione Piſana ſecuta ex adventu Gallorum in Italia cum Rege Carolo VIII. & multo exercitu ad Regnum Neapolitanum recuperandum : qui Rex poſtea Florentiam ingreſſus die* 17. *Menſis Novembris, diſceſſit die* 28. *ejuſdem : cujus adventus cauſa fuit quod Civitas noſtra commota Petrum Medicem Laurentii filium Civem Primarium Urbe dejecit die* 9. *d. Menſis, & Popularia Comitia omnium Officiorum ordinavit, ne deinceps cujuſpiam privati civis auctoritas Rempublicam gubernaret*. Quamobrem ſupervacanea exiſtimata eſt *Antonii Griſi* Siculi, e Familia olim Piſana, in Academicum hujus Anni Rectorem confirmatio. (*b*)

Mutato ſubinde Anno a die 25. Martii, ut Florentinorum tunc temporis fuerat mos, ſuffectiſque inter Studii Præſides in locum *Bernardi Oricellarii*, Legati munus ad Regem

---

(a) *Pag.* 97.

(b) *Ex Miſcell. Hieronym. a Summar. pag.* 32.

Francorum obeuntis, (*a*) *Joanne de Acciajuolis*, illius *Petri* Filio, qui teſte *Landinio* (*b*) *vehementi*, *ac diuturno Studio*, *maximos in Philoſophia progreſſus fecit*; & in Poetica Facultate non vulgares, ut ex *Creſcimbenio* ſupplere licet; (*c*) atque in locum *Bernardi Miniati Dini* paulo antea ſublati, *Juliano Joannis de Maruſcellis*, Familia de litteris nullo non tempore optime merita, ut reſerata nuper Florentiæ, *Publicæ*, *maxime pauperum utilitati*, Bibliotheca teſtatur. (*d*)

Sub his ceteriſque ſupremis Gymnaſii Moderatoribus, de erogando in verecundorum pauperum uſus, Apoſtolico, quo fruebantur, Decimarum ſubſidio, pro litteraria hac indigentia minime neceſſario, Romano Pontifici ſupplicatum fuit, epiſtola Dominorum Priorum, quæ ſub die 8. Aprilis ejuſdem anni 1495. legitur in Pergameno quodam Codice Epiſtolarum pluries laudati *Joannis Baptiſtæ Dei*, Archivo ſecreto S. C. M.

(a) *Mſ. Reform. ſub præd. an.*

(b) *In Quæſt. Camaldul.*

(c) *Lib.* V. *Hiſtor. Vulgar. Poeſ.*

(d) *Jul. Negr. in Biblioth. Scriptor. Florent. in verb. Carol. Franſc. &c. Maruſcel.*

C. M. Florentiæ Præfecti, atque ſe habet ſic: „ Summa Veſtræ Sanctita-
„ tis Clementia ac Benignitas nos
„ plurimum hortatur ut rem piam;
„ ac verecundis aliiſque noſtræ Ci-
„ vitatis pauperibus hoc tempore
„ maxime neceſſariam, & humiliter
„ precari non dubitemus, & impe-
„ trare certe ſperemus. Vacat igi-
„ tur hoc Anno Piſanum Gymna-
„ ſium, cujus ſtipendia, atque mer-
„ cedes, Veſtra permittente Beati-
„ tudine, a plurimis noſtri Territo-
„ rii Religioſis ac Piis Locis per-
„ ſolvuntur, id anni tantum hujus
„ emolumentum ad Elemoſinarios
„ Pauperum noſtræ Civitatis perve-
„ nire maxime optaremus, ut quod
„ bono erat operi deſtinatum, me-
„ liori ac pro tempore magis neceſ-
„ ſario impenderetur. Humillime
„ itaque ſupplicamus Veſtræ Sancti-
„ tati, ut quod hoc anno pro Piſa-
„ no Gymnaſio exigi debebat, id Ve-
„ ſtra concedente Beatitudine pro
„ prædictorum ſubſidio exigi poſſit.
„ Quæ res & maxime pia, & nobis
„ univerſoque Florentino Populo Ve-
„ ſtræ Beatitudini deditiſſimo ac de-
„ votiſſimo gratiſſima erit. " (a)
Superadditæ, paulo poſt, humi-

(a) *In laud. Cod. pag.* 249.

liores aliæ preces, nempe ſub die 14. Menſis Julii; & in id negotii duorum præſtantiſſimorum Virorum Eccleſiaſtica præfulgentium dignitate, *Antonii* ſcilicet *Altoviti* & *Franciſci Soderini* auctoritas interpoſita, ut exinde pariter eruitur. [*a*]

Aſt iis minime obſecundatum fuit, prout revera minime obſecundandum fuerat, ne illi, per quos non ſteterat operas ſuas docendo præſtare, debita mercede fraudarentur. (*b*)

Non omnino vacaſſe Gymnaſium ex eo quoque palam fit, quod, intermedio tempore, videlicet die 5. Maii, ſub ſpecioſo quodam prætextu, certi quidam, alioquin meritiſſimi Profeſſores, e Scholaſtico Albo deleti fuerint Decreto hujus tenoris. „ Caſſaverunt omnes Doctores
„ Florentinos conductos ad legendum
„ in Studio Civitatis Piſarum habi-
„ les ad Officia Civitatis Florentiæ,
„ quorum Conducta adhuc duraret:
„ cum Reſervatione tamen Jurium
„ utriuſque Partis, quibus per præ-
„ dicta non intelligatur præjudica-
„ tum quoquo modo. "

Hu-

(a) *Ibid. pag.* 249. & 264.

(b) *Conſul. Teſt. in L. Qui operas* 41. *Dig. Locat.* & *L. diem functo* 4. *Dig. de Offic. Aſſeſſor.*

Hujuſcemodi Jurium Reſervatio id operata eſt, ut quemadmodum pro retroelapſo anno viriliter, de more ſuo, conſuluerat *Decius* (*a*), loco minime moti, nedum priſtina Cathedra potiti fuerint, ſed congruo Solutionum recurrenti tempore, eodem prorſus, ac ſi docuiſſent, fuerint honorario donati: quamvis a pleriſque ex iis, *Pepio*, e. g. *Arduino*, *Roſato*, *Cennio*, *Aldobrandinio*, *Caſtellanio*, *Bonio* ec. pro ejus anni portione, qua a Studiis ceſſaverant, in Eleemoſynas ultro erogato. (*b*)

Multifariam quoque, intra paucorum dierum intervallum, circa Loci deſtinationem ubi denuo reſeranda detinendaque Academia foret, conſultum deliberatumque fuit. (*c*)

Primo etenim, ſub die 5. Octobris, decretum quod „ Conductæ „ pro anno futuro faciendæ, factæ „ eſſe intelligantur pro Studio Piſano, cum hoc quod Legere incipiant hoc anno Florentiæ, donec „ aliter deliberetur; & quod Sala- „ rium

(a) *Tom.* I. *Conſ.* 70. *de quo etiam in Op.* 6. *cui Tit. Recenſ.*

(b) *D. Lib.* V. *Rer. Stud. pag.* 30. *& ſeq. ad an.* 1495.

(c) *Ibid. d. pag.* 30. *ſub die* 5. *Octobris d. An.*

Spectabiles viri Amici cariſſimi. Come barete inteſo, e ſe preſa determinazione di fare el Noſtro Studio, come l' anno paſſato, in coteſta voſtra Terra, benchè ſi fuſſe ragionato fermarlo qui. Pertanto vi ricordiamo, e confortiamo facciate mettere in ordine, & aſſettare le Squole all' uſato ec.

Quamvis autem apparatui huic faciendo, ſolertiſſimos viros deputaſſent, *Braccium Leonardi*, ejus Piæ Domus Gubernatorem, quam a beneficentiſſimo ipſius auctore, vulgo nuncupant *il Ceppo di Franceſco di Marco Datini*, & *Philippum Lei de Villanis*; atque omnia, pecuniis ab Hoſpitali Miſericordiæ, ceteriſque religioſis Locis opportune ſuppeditatis, gnaviter executioni mandari cæpiſſent, placuit ſponte currentibus calcar addere, oculares inſpectores eo mittendo, duos eximios viros, nempe *Mag. Oliverium Arduinium*; necnon *Petrum Braccii de Martellis* eorum Officii Proviſorem vigilantiſſimum. [a]

Theatrum Publicis Præelectionibus habendis conſtitutum, videtur fuiſſe locus, ubi nunc *Cartuſianorum* Hoſpitium eſt; & olim *Cippus vetus*,

 a *Mon-*

(a) *D. Vol.* V. *pag.* 30. *terg.* & *ſeqq.*

a *Monte Toringo*, ſplendide fundatus. [*a*]

Illud certum ex noſtris Monumentis, *Franciſco Corteſio* Pratenſi, Notarii Univerſitatis perſonam demandatam; & in Prorectorem Academicum, *Jacobum de Melochis* Piſtorienſem, præelectum: quo quidem præeunte, ita ad Juſtitiæ normam ſunt exacta omnia, ut in conſueta Officii dimiſſione fuerit honorifica Officialium Teſtatione donatus. [*b*]

Non eſt hujus loci ſingula, quæ ſingulos reſpiciunt, relatis integris Documentis, communire. Quod ad ſummam vero rerum pertinet, non reticendum hic, quod referbuit denuo priſtina diſceptatio circa Sedem Studiorum hic, aut illic detinendam; & (revocato iterum Decreto, quod per Trimeſtre circiter obtinuerat; videlicet quod inſequenti anno 1496. *Studium Florentiæ fieri deberet*, quamvis cum ea conditione emanato, quod ne quid avocamenti a Publicis Prælectionibus haberetur: *Nulli prorſus*

ex

(a) Flam. Bonamic. *in Monum. Hiſtor. Pratenſ. ap. erudit.* Innoc. *d. Eccleſ. Canonic.* Jo: Bapt. Caſot. *ap. erudit. Calog. Tom.* I. *Venet. celebrat. Collect. Opuſc.*

(b) *Ibid. pag.* 41. *terg.*

ex Profeſſionibus, in Curia Domini Poteſtatis vel alterius Judicis, Advocationibus & Defenſionibus intereſſe liceret) Supremo Officialium Præſide *Americo Corſinio*, in priorem ſententiam denuo reditum eſt, ut *Prati* detineretur, ut anno proxime revoluto, detentum fuerat. (*a*)

Cum autem, ex præcognita jam Votorum diſſenſione, aliquam in ſubditis contrariæ parti adhærentibus, Edicti hujus inobſervantiam pertimeſcerent, comminatio inſuper pœnæ Floren. quingentorum ſuperaddita, niſi illuc, intra quindecim dies, ſubditi omnes properarent: (*b*) quod utique ſine ulla prorſus voluntaria cunctatione peractum fuit.

Ne autem, etiam hac vice, ex cætu diſcipulorum, ſuus iis de more deeſſet Magiſtratus, ſubſecuto Menſe, nedum ipſis ſuum Caput aſſignatum; ſed ne loci perſonarumque intima cognitio in eo deſideraretur, Conterraneus Prorector eſt conſtitutus, *Joannes* videlicet *Petri Novellucci* Pratenſis, alias *del Perlino*. (*c*)

Quod

(a) *Pag.* 42. *ſub die* 25. *Septembr.* 1496.

(b) *Ibid. pag.* 44. *ſub die* 10. *Novembr.* 1496.

(c) *D. loc. & pag. ſeq.*

Quod ibidem Academicæ quæque Functiones fierent, atque idcirco ſolemnes Doctorum Inaugurationes, vix dubitandi locus, & ubi ſubter ad *Hieronymum Calvium* fuerit opportune deventum, Diplomatica quædam Charta teſtabitur.

Nunc opportunum magis duco Pontificium Diploma referre, quod ad ſarcta tecta tuenda ſuorum Emolumentorum Jura, a *Piſano Archiepiſcopo* fuit impetratum.

Sic itaque ſupplicanti *Raphaeli de Riario*, reſpondet, ac benigne annuit *Sum. Pont. Alexander VI.* (*a*) „ Dilecte Fili noſter Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Expoſuiſti „ Nobis nuper quod cum ratione „ Eccleſiæ tuæ Piſanæ, cui in ſpiritualibus, & temporalibus per Sedem Apoſtolicam Adminiſtrator „ es, Cancellarius Univerſitatis exiſtas, & Scolaribus Studii prædictæ „ Univerſitatis in quibuſcumque Facultatibus, præcedente debito examine, doctorandis ſeu promovendis, Licentiæ & Magiſterii ac Doctoratus ſeu Baccalariatus Gradus „ impendere, ſeu quod impendatur „ auctoritatem & Decretum tuum „ in-

(a) *In præd. Volum.* V. *Archiv. Florent. Reform. pag.* 191.

„ interponere conſueveris, tamen
„ cum a certo tempore citra, pro-
„ pter turbationes & varias novita-
„ tes in partibus illis & præſertim
„ in Civitate Piſarum ſubſecutas,
„ Univerſitas Studii prædicti per di-
„ lectos Filios Communitatem Civi-
„ tatis Florentiæ, qui Civitatem præ-
„ dictam tunc ſub eorum dominio
„ gubernabant, ad Terram ſeu Op-
„ pidum Prati Piſtorienſis Diæce-
„ ſis, pro majori Doctorum & Sco-
„ larium commodo & quiete trans-
„ latum fuerit, multi ex Scolaribus
„ inibi ſtudentibus, Gradum in di-
„ cta Terra Prati abs te, vel per te
„ deputatos in aliqua facultate ſu-
„ ſcipere recuſant ſeu dubitant, for-
„ midantes Facultatem prædictam
„ Doctorandi, ſeu Doctorandi aucto-
„ ritatem & Decretum impertiendi,
„ Tibi, qui Eccleſiæ prædictæ in Spi-
„ ritualibus & Temporalibus Admi-
„ niſtrator exiſtis, & Archiepiſcopis
„ Piſanis pro tempore exiſtentibus
„ in Civitate Piſarum dumtaxat, non
„ autem extra illam, conceſſam fo-
„ re. Quare Nobis humiliter ſuppli-
„ caſti ut in præmiſſis opportune
„ providere de Benignitate Apoſto-
„ lica dignaremur. Nos hujuſmodi
„ Supplicationibus, circumſpectioni
„ tuæ impendendi per te ipſum, vel
„ ali-

„ aliquem alium abs te pro tempo-
„ re deputandum quibuſcumque per-
„ ſonis alias idoneis, Baccalariatus,
„ Licentiæ, Doctoratus, & Magiſterii
„ Gradus & Graduum hujuſmodi in-
„ ſignia in quibuſcumque Facultati-
„ bus licitis, etiam in dicta Terra
„ Prati, quandiu inibi Studium præ-
„ dictum Generale viguerit, ſeu in
„ quocumque alio loco, ad quem
„ Studium hujuſmodi transferri con-
„ tinget, Auctoritate Apoſtolica, te-
„ nore præſentium, Licentiam con-
„ cedimus & Facultatem, ac eiſdem
„ Scolaribus, qui hujuſmodi Gradum
„ a Te ipſo, vel per Te deputan-
„ do, ſervatis aliis ſolemnitatibus in
„ ſimilibus obſervari ſolitis, in præ-
„ dicta Terra vel alio Loco ut præ-
„ fertur, ſuſcipient, quod omnibus
„ & ſingulis Prærogativis, Antelatio-
„ nibus, Favoribus, Conceſſionibus,
„ Gratiis, & Indultis potiantur, u-
„ tantur & gaudeant, quibus poti-
„ rentur, uterentur, & gauderent, ſi
„ in eadem Civitate Piſana Gradua-
„ ti forent, eadem Auctoritate In-
„ dulgemus. Non obſtantibus Per-
„ miſſis ac Conſtitutionibus & Or-
„ dinationibus Apoſtolicis, ac dictæ
„ Univerſitatis Piſanæ Juramento,
„ Confirmatione Apoſtolica vel qua-
„ vis alia firmitate roboratis, Statu-

„ tis

„ tis & Conſuetudinibus ceteriſque „ contrariis quibuſcumque. Datum „ Romæ apud S. Petrum ſub Annu„ lo Piſcator. Die *XXVI.* Februar. „ *MCCCCLXXXXVI. Pont. N. An.* „ *IV.* "

Biennio nondum elapſo, idem Supremus Eccleſiæ Romanæ Antiſtes, ſupplices Priorum Libertatis & Vexillifer Juſtitiæ Civitatis Florentiæ, preces pro confirmando eo Decimarum Eccleſiaſticarum ſubſidio, quo fuerant jampridem donati, minime defraudandos exiſtimavit; ac Dilectis Filiis, *Raynerio Guicciardinio Archidiacono*, & *Pandulpho de Luna Canonico Eccleſiæ Florentinæ*, patentes has litteras dedit... (*a*)

„ *ALEXANDER PAPA VI.*

„ Dilecti Filii, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Supplicari „ Nobis nuper dilecti Filii Priores „ Libertatis & Vexillifer Juſtitiæ Po„ puli Civitatis Florentiæ fecerunt „ ut Indultum eis alias a felicis re„ cordationis Sixto *IV.* Prædeceſſore „ Noſtro conceſſum, & poſtmodum „ per F. R. *Innocentium PP. VIII.*

„ &

[a] *D. pag.* 191. *terg. in eod. Volum. in Tabul. Reform.*

„ & Prædeceſſorem Noſtrum, & ſuc-
„ ceſſive per Nos prorogatum de
„ imponendo Subſidio, ſeu imponen-
„ da Contributione Quinque Millium
„ Ducatorum auri annuatim, duran-
„ te Quinquennio ex tunc compu-
„ tando, Dilectis Filiis Clero Domi-
„ nii Florentini pro manutentione
„ Studii Piſani ad Civitatem Flo-
„ rentiæ in præſentiarum translati,
„ ad aliquod aliud tempus proroga-
„ re, de Benignitate Apoſtolica di-
„ gnaremur. Nos igitur animadver-
„ tentes Studium ipſum ad commu-
„ nem omnium utilitatem pertine-
„ re, hujuſmodi Supplicationibus in-
„ clinati Indultum prædictum juxta
„ illius tenorem ad aliud Quinquen-
„ nium, a fine temporis per Nos
„ prorogati hujuſmodi computan-
„ dum, Auctoritate Apoſtolica, te-
„ nore præſentium, de novo proro-
„ gamus pariter & extendimus; vo-
„ lentes Vobiſque committentes ut
„ circa exactionem faciendam, Fa-
„ cultate Vobis per Nos jam conceſ-
„ ſa utamini: Conſtitutionibus, &
„ Ordinationibus Apoſtolicis necnon
„ omnibus aliis quæ præfati Præde-
„ ceſſores in ſuis, & Nos in noſtris
„ deſuper confectis Literis volumus
„ non obſtare, ceteriſque contrariis
„ non obſtantibus quibuſcumque.
Da-

„ Datum Romæ ap. S. Petrum ſub
„ An. Piſcator. Die XX. Octobr.
„ *MCCCCIIC*. “

Erat autem, tunc temporis, Florentiam revocata Univerſitas, a die 5. Octobris anterioris anni 1497. donec *Civitas Piſana in Ditionem Populi Florentini rediret*, ut ibidem legitur; [*a*] & revocata indignantibus *Piſtorienſibus*, & *Aretinis*, eo honore & commodo potiri contendentibus, occaſione peſtis, quæ Prati cœperat ſuboriri; quam ob cauſſam nonnullæ vacationes ibi antea conceſſæ; jamque Florentiæ ſub die 6. Novembris, ab egregio juvene Medicinæ Studiis operam dante, nempe ab *Euphroſino Boninio*, de quo *Poccianthes* & *Negrius*, & Nos alibi, habita ſolemnis oratio pro Studiorum Renovatione, in principe Eccleſia *S. Mariæ*, vulgo *del Fiore*; & in antiquo loco Scholarum in Via, cui nomen *dello Studio* publicæ Prælectiones reaſſumptæ: Conventus autem Doctorum ad promovendos emeritos Alumnos ad Scholaſticos Gradus, modo in *Capitulo Laurentianæ Baſilicæ* ſolemniter convocati, ut inferius adnotabitur; (*b*) nunc

(a) *D.Lib.*V. *Rer. Stud.pag.* 48.*& ſeqq.*
(b) *In Elog. Franc. Guicciardini ex Remig. Florent.*

nunc in Sacrario Muſarum, videlicet in *Medicea Domo*, in qua noſtris temporibus, *Riccardi Marchiones* inhabitant, ut evenit potiſſimum in perſona D. *Jo:* filii *Franciſci de Lachis* Prioris Eccleſiæ S. Nicolai ultra Arnum, qui, per *Archiepiſcopum Piſanum*, die 12. Januar. 1502. Rogat. F. Dominico Guiducci Not. Flor. ibi Lauream accepit; & tunc ſolum ei ad formam Academicarum Legum, ſolutum Honorarium 25. Floren. pro Lectura extraordinaria Sacrorum Canonum quam anno 1499. objerat, ut in præd. Lib. *V.* pag. 184. memoriæ mandatur.

Ægre quidem tulerant Noſtrates, quotquot in Albo Profeſſorum reperiebantur, Œconomicam quamdam Conſtitutionem, pro Florentinis dumtaxat Juriſtis, ac Medicis, anno 1495. executioni mandari juſſam, videlicet quod, intuitu majorum Adventitiorum, quæ ſibi Florentiæ poterant induſtria ſuæ comparare, cum diminutione Quartæ Partis Stipendii alias conventi, operam locare tenerentur, ut ſuperius innuimus: quæ peculiaris ac temporaria Lex, poſtea aliquatenus Communis reddita fuit, ſub die 6. Octobris anno 1497. atque ita concepta: „ Item ſuprad. Officiales „ deliberaverunt quod Salaria Do-

„ cto-

„ ctorum, qui legere debebunt in Ci-
„ vitate Florentiæ, intelligantur di-
„ minuta a quantitate Salariorum
„ deſignatorum pro Studio extra Flo-
„ rentiam traducendo, in hunc mo-
„ dum, videlicet quod habentibus
„ Salarium a Florenis 50. infra, ni-
„ hil diminuatur; & a Floren. 50.
„ incluſive uſque ad Flor. 100. di-
„ minuatur ſexta pars; a Flor. 100.
„ incluſive, uſque ad Flor. 200. di-
„ minuatur quinta pars; & a Flor.
„ 200. incluſive ut ſupra diminuatur
„ quarta pars; & hoc obſervetur pro
„ Civibus Florent. aliis vero Docto-
„ ribus Forenſibus, & ſubditis non
„ Florentinis, diminuatur dimidium
„ ejus, quod ſupra dicitur, ſecun-
„ dum regulam ſupraſcriptam, vide-
„ licet Duodecimam, Decimam, &
„ Octavam partem, ſecundum quan-
„ titatem Salarii ſupraſcriptam &c.“

Sed magis ægre tulerunt Florentini Doctores, quod Florentinis Civibus ita conſtituentibus, & Florentinis Collegis juxta formam approbantibus ſub die 5. Maii anno 1501. & deinde ſub die 30. menſ. Auguſti, peculiare hoc Statutum emanaverit. [a]

„ In

[a] *Ex Lib. Deliberat. d. an. pag.* 66.

„ In Dei nomine Amen.

„ Spectabiles Viri Galeottus Lucæ
„ Auguſtini de Capponibus: Paulus
„ Zenobii de Diacceto: Joannes Pie-
„ ri de Acciajolis: Petrus Marci de
„ Parentibus, & Antonius f. Petri
„ de Migliorottis, Officiales Studii
„ Populi, & Reipublicæ Florenti-
„ næ, ſimul congregati in eorum
„ ſolita Audientia, juſtis & ratio-
„ nabilibus cauſis moti Statuerunt
„ & deliberaverunt quod deinceps
„ nullus Doctor vel Magiſter cu-
„ juſque Facultatis exiſtat de Civi-
„ tate, Comitatu, vel Diſtrictu Flo-
„ rentiæ poſſit directe vel indirecte
„ vel ſub aliquo quæſito colore eligi
„ vel conduci ad legendum in Stu-
„ dio in Civitate Florentiæ commo-
„ ranti, aliquam Lecturam vel Fa-
„ cultatem cum majori ſalario Flo-
„ renorum quingentorum, ad ratio-
„ nem Librarum Quatuor pro quo-
„ libet Floreno, quolibet anno, &
„ quod aliter fieret, non valeat nec
„ executioni mandari poſſit quoquo
„ modo. Mandantes &c. "

Graves hæ jacturæ videbantur, quia nondum communiter animo proſpexerant majus infortunium, quod quamprimum erat eventurum, nempe

pe quod inſtigatore acerrimo apud *Alexandrum VI. Duce Valentino*, receptorum Piſis Beneficiorum nimis immemore, ſine ſpe novæ prorogationis, Pontificium Decimarum Indultum defuturum foret; [*a*] nec potis futura eſſet Reſpublica præſentibus oneribus, futuriſque Belli Piſani impendiis ſufficere.

Improviſum etiam Piſano Archiepiſcopo ejuſdemque Vicario (*b*) Piſani Gymnaſii, tunc temporis Florentiæ detentis, lapſum obtigiſſe dicendum; neque enim Privilegium illud, quod ab *Alexandro VI.* fuerant jam aſſecuti, impertiendi Doctorum Inſignia ubicumque Studium forte fortuna vigeret, (*c*) ſibi, ſuiſque fruſtra a Julio *II.* confirmari efflagitaſſent; quin potius pro novo Decimarum ſubſidio, ſibi quoque profuturo ſategiſſent. Diploma, quod a præd. Pontifice impetrarunt penes

---

(a) *Scip. Ammir. Lib.* XXVII. *pag.* 365. *ad An.* 1501.

(b) Cæſar. Riar. Archiep. & Vicar. Mich. Angel. Aloyſii *Decret. Doctor. Major. Eccleſ. Canon. ut in Vol. Act. Civil. Arch. Publ. Archiep. pag.* 103. *& ſeqq.*

(c) *Vid. ſup. ſub An.* 1496.

nes *Martinium*, & *Orlendium* (*a*) tale eſt....

„*JULIUS PAPA II.*

„ Dilecte Fili ſalutem & Apo-
„ ſtolicam Benedictionem, &c. Cum
„ ſicut accepimus dudum alias Ge-
„ nerale litterarum Studium Piſis
„ vigebat, Archiepiſcopus Piſanus
„ pro tempore exiſtens prædicti Stu-
„ dii Cancellarius exiſtebat, nec
„ aliquis in prædicto Studio, niſi
„ ab eodem Archiepiſcopo, vel
„ ejus in Spiritualibus Vicario Ge-
„ nerali, aut alio ab eo faculta-
„ tem habente gradum & inſignia
„ Doctoratus, Magiſterii, Bacalau-
„ reatus, aut aliorum graduum ſu-
„ ſcipere poterat; cum autem poſt-
„ modum cauſantibus bellorum tur-
„ binibus, ſeu aliis ſiniſtris eventi-
„ bus prædictum ſtudium Piſis ſub-
„ latum, & ad Civitatem Florenti-
„ nam translatum fuerit, a nonnul-
„ lis autem nimis ſcrupuloſis, ſeu
„ malignari volentibus in dubium
„ revocatur, an Archiepiſcopus, Vi-
„ carius, aut alius Deputatus præ-
„ di-

(a) *Fr. Franciſc. Orb. Sacr. & Prof. Part.* 2. *Lib.* 3. *cap.* 29. *n.* 8.

„ dicti, intereſſentibus. Doctoribus „ ſeu Magiſtris Studii prædicti in „ Civitate prædicta, aut alibi gra- „ dum, & inſignia prædicta confer- „ re poſſit. Nos ad hujuſcemodi „ ambiguitates tollendas, cupien- „ tes quemlibet in jure ſuo tueri, „ motu proprio, non ad tuam, vel „ alterius pro te nobis deſuper obla- „ tæ petitionis inſtantiam, ſed de no- „ ſtra mera liberalitate, & ex certa „ ſcientia declaramus tibi, & Archie- „ piſcopo prædicto pro tempore exi- „ ſtenti in Civitate prædicta, & qui- „ buſvis aliis locis, in quibus Do- „ ctores dicti Studii interfuerint, „ ſeu aliis eorum loco ſubrogatis, „ vel ſubrogandis, & actu non le- „ gentibus, per ſe, vel ejus Vica- „ rium, aut alium ab eodem depu- „ tandum in quacumque facultate „ Doctoratus, Magiſterii, ſeu Baca- „ laureatus, & aliorum graduum in- „ ſignia hujuſmodi conferre, & con- „ cedere libere & licite poſſe, & ni- „ hilominus pro potiori cautela, ti- „ bi, & Archiepiſcopis prædictis per „ ſe, aut Vicarios, aut deputandos „ pro tempore, gradum, & inſignia „ prædicta in Civitate prædicta, & „ in quibuſvis aliis locis omnibus „ Scholaribus dicti ſtudii, & aliis „ quibuſcumque, etiam Religionis

„ cujuſvis Ordinis, conferendi, &
„ concedendi licentiam, & facultatem,
„ quodque gradum, & inſignia
„ hujuſmodi a te, Archiepiſcopis,
„ Vicariis, aut deputatis omnibus
„ prædictis recipientes, & ſingulis
„ gratiis, privilegiis, prærogativis,
„ exemptionibus, immunitatibus,
„ favoribus, antelationibus, & indultis,
„ quibus alii gradum, inſignia
„ prædicta in ſtudio hujuſmodi recipientes
„ ubilibet utuntur, potiuntur,
„ & gaudent, ſeu uti, potiri,
„ & gaudere poſſent, quomodolibet
„ uti, potiri, & gaudere libere, &
„ licite valeant, concedimus, & indulgemus.
„ Decernentes quaſcumque
„ prohibitiones, inhibitiones,
„ aut mandata, etiam cum quibuſvis
„ cenſuris, & aliis pœnis per quoscumque
„ cujuſvis dignitatis, ſtatus,
„ gradus, aut præeminentiæ,
„ exiſtentes in contrarium facta, aut
„ facienda, & inde ſecuta quæcumque,
„ nulla, irrita, & inania, nulliuſque
„ roboris, vel momenti fuiſſe,
„ & eſſe, ſicque per quoſcumque
„ etiam Judices Eccleſiaſticos, & Sæculares
„ decidi, judicari, ſententiari,
„ & interpretari debere, ſublata
„ eis, & cuilibet eorum, quavis alia
„ ſententiandi, judicandi, decernendi,
„ interpretandi facultate, non

„ ob-

„ obſtantibus Conſtitutionibus, &
„ Ordinationibus Apoſtolicis, Sta-
„ tutis quoque & conſuetudinibus
„ Civitatis, & Studii Florentini,
„ aliorumque locorum quorumcum-
„ que juramento, confirmatione A-
„ poſtolica, aut quavis alia faculta-
„ te roboratis. Privilegiis quoque &
„ indultis Archiepiſcopo, & Studio
„ Florentino conceſſis, quibus etiam-
„ ſi de eis ſpecialis, & de verbo ad
„ verbum mentio, & expreſſio ha-
„ benda foret, illorum tenores ac ſi
„ exprimerentur, pro expreſſis ha-
„ bentes, illis alias in ſuo robore
„ permanſuris, ac vice dumtaxat,
„ motu ſcilicet, & ſcientia ſpeciali-
„ ter & expreſſe derogantes, cete-
„ riſque contrariis quibuſcumque.
„ Datum Romæ apud Sanctum Pe-
„ trum ſub annulo Piſcatoris die 15.
„ Decembris 1504. Pontificatus No-
„ ſtri anno ſecundo. “

Non inexpectatæ tamen hæ publicæ calamitates oculatiſſimo, expertiſſimoque viro *Ruperto Acciajolo*; jam enim, a menſe Novembrio 1497. ſic *Marcello D. Virgilii* ſcripſerat (*a*): *De* B 2 *ſcho-*

(a) *Habetur hæc Epiſtola in recenti Mſ. Collect. Angeli M. Bandini, Alumni dudum noſtri, nunc J. V. D. Maruſc. Præfecti pag.* 25.

ſchola publica, ut ita dicam, quid decretum fuerit, certus fieri cupio: audio enim Florentiæ deſtinatam eſſe , quod quidem mihi eſſet pergratum . Timeo enim ne reliquiæ hæ pene conſumptæ penitus deleantur, litterarumque Studia jam Florentiæ floruiſſe dicantur. Nam hac tempeſtate, ſeu temporum anguſtiis, ſerieque fatorum , ſeu hominum malignitate, virtutes omnes labefactatas eſſe videmus. Sed infirma Civitate & diſcordiis civilibus, bello, fame, civium ſtrage, peſteque defatigata, quid bōni ſperare poſſimus &c.

Exitus autem hæc ipſa , heu nimium cito ! demoſtravit . Elabente eodem anno 1504. Studium , per biennium ægre protractum, cum ſuo proventu , ita concidit , ut niſi voluntario quodam Clericorum adventitio ſubſidio , ei vires adderentur, (*a*) jam tum omnino jacuiſſet. Obſtitere, quantum per ipſos licuit, qui ſubinde Lycei clavo ſedebant, videlicet *Giannotius Bernardi Giannotii de Manettis, Nicolaus Simonis Americi de Zatis , Matthæus Nofri del Caccia , Franciſcus Laurentii Pieri de Davanzatis, Lactantius Franciſci Papi de Tedal-*

(a) *Memorial. d. an. in Off. Reform. Florent. pag. 15. Miſcel. Summar. pag. 8. ex Off. Decim.*

daldis, *Franciſcus Antonii Taddei*, *Bartholomæus Pandolfi de Pandolfinis*, *Franciſcus Danielis de Caniſianis*, *Paulus Zenobii de Diacetto*, *Pierus Joannis Cantis Compagni*, *Ubertus Franciſci de Nobilibus*, *Nicolaus Bartholomæi Filippi de Valoribus*, *Zenobius Bartholomæi del Zaccharia*. Inter eos vero, qui iiſdem, ſub titulo *Proviſorum*, in nobili hoc Officio adminiſtrabant, *Dominicus Nicolai Magaldi*, *Bartholomæus Juliani Ridolfi*, *Daniel Caroli Caniſiani*; (*a*) at huic demum infortunio, paulo poſt, miſere obnoxium conſpexerunt; & nos adhuc, non ſine ingenti quodam mærore, reminiſcimur.

Soletur nos quorumdam celebriorum hactenus in unaquaque Facultate Profeſſorum, honorifica, quam de more inſtituimus, commemoratio.

§. I.

Gregorius, vel, ut contracto nomine penes nos legi, ac pronunciari conſuevit, *Gorus Gherii* Piſtorienſis, *Baronti* filius: quod *Baronti* nomen, ob Divum Eremitam natione Gal-

 lum,

(a) *Ex præd. Lib.* V. *in princ.* & *paſſim alibi*.

lum, & Pagum hujus nominis, Piſtorienſibus ſpeciale eſt (*a*) ab ineunte ætate cœpit perſpicaciſſimæ mentis indicia promere. Hinc factum quod apud Mediceos Proceres, communes ingenioſorum hominum Mecænates, peculiarem nactus benevolentiam, majori fiducia ſtudiis operam dederit; & inter præmia ſimul, & majora ad laudem incitamenta, Publicam Sacrorum Canonum, mox etiam Cæſarearum Inſtitutionum Cathedram, anno videlicet 1495. in hoc noſtro, tunc temporis peregrinante Gymnaſio, aſſecutus ſit. (*b*) Quod primam ſimul ulterioremque promotionem probet, hoc Epiſtolæ fragmentum ſit, erutum ex *V.* Reformationum Florentinarum Libro pag. 33. *Ad D. Gorum de Piſtorio. Egregie Doctor. Per buona cagione ci ſiamo moſſi a deliberare che per queſto reſto del tempo della voſtra Condotta, Voi leggiate la Lettura dell' Iſtituta con gli altri tre condotti, giudicando che in tal luogho habbiate affare maggiore fructo, & più utile per voi, & per li ſcolari. Die Sabbati* 28. *Novembr.* 1495.

Au-

(a) *Fr. Joſ. Dondor. in Lib. inſcript.* Pietà di Piſtoja *P.* 2.

(b) *Rotul. Univerſ. ſub d. an.* 1495. & 97.

Aulæ poſtmodum cominus admotus, doctrina, integritate, fide ſubſtravit ſibi ad celſiores dignitates fundamenta, potuitque clientibus ſuis, ſubditis & amicis prodeſſe. Extat apud *Clariſ. Lamium* Epiſtola quædam, die 15. Septembr. an. 1516. *a Rodulpho Richardi* ad ipſum *Ghorum* data, quæ plurimum penes *Alphonſinam Urſiniam*, *Laurentii junioris Urbinatis Ducis Matrem*, gratia & auctoritate valuiſſe probe detegit; quæ cum ab eodem ad verbum referatur, ideo nunc prætermittitur. (*a*) Extant quoque in publico Piſanæ Communitatis Tabulario obſecratoriæ quædam aliæ Epiſtolæ, a me primum detectæ, in quibus, fautore *Gherio*, prælaudatorum Principum gratiam ſibi ex Piſanis nonnulli conciliare nituntur; immo nititur & ipſum Commune. Una præſupponit gravem Deliberationem ſuper augmento pretii ſalis, pro duobus annis faciendo, videlicet *che li Signori Conſoli poſſino & alloro ſia lecito creſcere un Quattrino Bianco in ſulla Libra del ſale, cioè che dove ſecondo la forma de' Capitoli ſi vende tre Quattrini bianchi la libra detto ſale, da hora*

B 4 in-

(a) *Tom.* II. *P.* II. *Memorabil. &c. pag.* 40.

innanzi ſi poſſa vendere quattro Quattrini bianchi non obſtante ec. (*a*) Quæ Deliberatio, quamvis in publicam utilitatem vergeret, ut ſcilicet aeris inſalubritas arceretur, quæ ex oppletarum fovearum obſtaculo, & inundationibus oriebatur, cum a plerisque privatæ utilitatis, quam publicæ appetentioribus impugnaretur; aut ſaltem alio modo expedienda proponeretur, Arbiter quodammodo, Princeps in Florentina Republica vir *Laurentius* adſcitus fuit. Hujus itaque explorata mente, quæ de obtinendo quidem intento, non de modo ſollicita erat, tale *Gherii* reſponſum redditum eſt, inter ceteras ejus Epiſtolas a *Bartholomæo Zucchio* relatas (*b*, minime poſthabendum „ Magnificis Dom. Prioribus Civitatis „ Piſarum, Majoribus honor. Piſ. " *Magnifici viri tanquam Patres honorandi* „ Egli è ſtato qua lo Ambaſciadore delle Magnificentie voſtre, videlicet Taddeo Guiducci & parlato con la Excellenzia del Du- „ cha,

(a) *Ex Volum.* VIII. *Piſ. Comm. pag.* 40. *ſub an.* 1518. *die* 5. *April. quo tempore præerat Commiſ.* Robert. de Riciis.

(b) *In Lib. cui Tit.* Idea del Segretario *P.* 2.

„ cha, con queſti Ciptadini dello
„ Stato circa lo impedire queſta im-
„ preſa de Foſſi tanto utile, e ne-
„ ceſſaria a coteſta Ciptà e Conta-
„ do, & acciocchè ſi levino tutte le
„ difficultà che queſta impreſa non
„ ſi ritardi, vedendo, che il Con-
„ tado ſi riſente dello agumento del
„ Sale, è neceſſario pigliare qualche
„ altro expediente, e perchè inten-
„ do che le M. V. e quelli Ciptadi-
„ ni penſavano dare per aſſegna-
„ mento la Gabella della Graſcia,
„ ma che vi era chi aveva ſuſpecto
„ perchè havendo havuto queſta gra-
„ zia per mezzo della Excell. del
„ Duca, dubitavano che detta Sua
„ Excell. di queſta coſa non pigliaſ-
„ ſe ombra, e perchè S. E. ama co-
„ teſta Città come a tutti è noto:
„ però vedendo di quanto beneficio
„ è queſta coſa de' Foſſi, non tanto
„ non piglierà ombra di queſta coſa,
„ anſi li ſarà molto grato, purchè la
„ Impreſa ſi ſeguiti. Et altro non mi
„ occorrendo alle Magnificenzie vo-
„ ſtre mi raccomando. Flor. die 14.
„ Auguſti 1517." *Veſter Ghorus Ghe-rius*. (a)

An omnia, quæ ab ipſo expetebantur Officia, impetrata, aut ſal-

(a) *D. Volum.* VIII. *pag.* 79. *terg.*

tem ea prorſus ratione impetrata fuerint, ignoratur. Illud certum, quod pluries ei grates officioſiſſime redditæ, ibi: *Ponendo a piedi delli innumeri beneficj che di continuo da quella s' impetrano ec.* (a) & paſſim *Patronus*, *Protector*, & *Advocatus* honorifice appellatur; atque eo intuitu, in recurrenti quadam diſtributione Piſcium, qui quotannis prope feſtum *S. Joannis Baptiſtæ*, honoris gratique animi cauſa Florentiam dono mitti conſueverant, & ipſe donatus appareat ex hac potiſſimum ſequenti Deliberatione: (b) *Tomaſius de Sterlichis preſentet, & donet Illuſtriſſimis Dominis noſtris Florentinis Ceſtinos decem Piſcium Marinatorum, videlicet novem ipſis Dominis, & unum Cancellario Palatii; Reverendiſs. Cardinali de Medicis Ceſtinos ſeptem; Dom. Alfonſinæ duos; Dom. Goro de Gheriis unum Ceſtinum; Dom. Jacobo de Prato unum; Dom. Jo: Baptiſtæ de Boncontis unum; & Dom. Rainerio Urbani unum.*

Ad hæc illud quoque præſtat animadvertere, adverſus aſſertum *Benedicti Varchi*, alias *Gheriæ Familiæ* con-

(a) *Ibid. pag.* 70. *terg.* 89. 116. 123. *&c.*
(b) *Sub die* 20. *Jun. an.* 1519. *ut in Vol.* VIII. *pag.* 266. *terg.*

contumelioſiſſimi, qui *Gorium* ipſum, inurbanum ſuperbumque hominem fuiſſe ſcripſit, (*a*) a *Carolo Gualterutio Fanenſi*, qui ipſimet *Centum Fabularum Antiquarum* Librum nuncupavit [*b*], *Gherii* munificentiam maxime commendari: quæ ſingularis animi dos, una cum pleriſque aliis, a præſtantiſſimis Juriſconſultis *Hippolyto Marſilio*, *Antonio Neguſantio* in ſuis Operibus; & præſertim ab inſigni Bononienſi Profeſſore *Jo: Hannibale de Canonicis*, magnifice extollitur in alia Epiſtola nuncupatoria, quæ per extenſum infra dabitur.

Interim, prælaudato Cardinale *Jo: Mediceo* ad Pontificatum, ſub nomine *Leonis Decimi*, promoto, cœpit *Gherius* diuturni fidiſſimique famulatus fructum uberem reportare; ab eo ſiquidem anno 1518. Fanenſi Epiſcopatu fuit inſignitus; neque multo poſt, Parmæ, Placentiæque Gubernio præfectus. [*c*] Prædictum Epiſcopatum variis, graviſſimiſque Politicis negotiis implicitus, anno

(a) *Lib.* 2. *Hiſtor. Florent.* & *Lib. ult. Edit. Colon.* 1721.

(b) *Edict.* 2. *Junctar. an.* 1572. *Florent.*

(c) *Ferdin. Abb. Ughel. Tom.* I. *num. marg.* 39. *Jo: Dondor. Part.* II. *d. Hiſtor. Piſtor.* &c.

1528. a ſe abdicans, *Coſmo* ex fratre nepoti, in hiſtoria meritiſſimorum, ſed æque infelicium Epiſcoporum notiſſimo, quamprimum occupandum deſeruit; præſertim vero, quo liberius, in difficilimis temporibus, Bononienſi Vice Legationi, ſibi a benevolentiſſimo pariter Pontifice *Clemente VII.* commiſſæ ſufficere poſſet, & *Alexandro* Principi opitulari (*a*). Non multo tamen poſt ibidem occubuit, bonis omnibus triſte ſui deſiderium, ac inſigni *S. Petronii* Eccleſiæ corporeas exuvias tumulandas relinquens.

Pleraque ex his, præter Hiſtoriarum ſcriptores, quibus habenda fides, (*b*) non ſine quidem oratorio quodam fuco, proſequitur præalleg. *Jo: Hannibal de Canonicis* in Repetit. Text. *in L. Poſt. contractum* 15. *Dig. de Donationibus*, quam Ipſi, in poſtremo ſui Regiminis anno, dicatam voluit, ubi ſic præfatur [*c*] „ *Reverendiſſimo in* „ *Chri-*

[a] *Scip. Ammir. Hiſtor. Flor. P.* 2. *in verb.* da Piſtoja.

[b] *Maſin. Bonon. Perluſtr. P.* 1. *Salv. Hiſtor. Piſtor. Lib.* 20. *Barpt. Ceretan. in Hiſtor. Mſ. Albert. in Ital. Georg. Vivian. Marcheſ. Bonaccurſ. in Muſ. Honor. P.* 2.

[c] *Ex V. Repet. Civil. Volum. Edit. Lugd. an.* 1553.

„ *Chriſto Patri Dom. Dom. Goro Ghe-*
„ *rio Piſtorienſi, Epiſcopo Fanenſi, &*
„ *Gubernatori Apoſtolico Bononiæ ac*
„ *totius Romandiolæ, & Exarchatus*
„ *Ravennæ Vice-Legato digniſſimo ac*
„ *Domino ſuo Obſervandiſſimo Jo: Han-*
„ *nibal de Canonicis Juris Civilis Pu-*
„ *blicus Interpres felicitatem optat.*

„ Solonem illum, ex ſeptem Gre-
„ ciæ Sapientibus, omniumque vir-
„ tutum genere exemplar, primum-
„ que apud Athenienſes Legum con-
„ ditorem, dixiſſe memorant Scri-
„ ptores: Tunc Reſpublica recte ſan-
„ cteque adminiſtrabitur, cum ejus
„ Rectores Leges habebunt & Legi-
„ bus vivent. Quæ in te omnia,
„ Reverendiſſime Princeps, eſſe vi-
„ dentur, cum longe majora præſtes,
„ ac ſemper præſtita fuerint: non
„ ſolum Thuſcia ac Gallia Ciſalpi-
„ na, & Picenum; ſed etiam reli-
„ quæ partes Italiæ admirantur.
„ Nam in Te quanta ſit Philoſophia
„ illis & omnibus innoteſcit. Cum in
„ tua juvenili ætate ita in utraque
„ cenſura profeciſti, ut uno admi-
„ ratu Doctoratus inſula inſignitus
„ fuiſti, & cum adhuc tuæ ætatis
„ 21. annum vix attingebas apud
„ omnes alterum Solonem Draco-
„ nemque merito habitus eras. Quo-
„ circa in Piſano Gymnaſio ad Sa-

„ cra-

„ crarum Legum interpretationem
„ devenire meruiſti, ut doctus, eru-
„ ditus, ac miles veteranus ob tua-
„ rum ſcientiarum virtutes in Jure
„ Pontificio ad Ordinariam poſitus,
„ eo tempore, quo Piſanum Gymna-
„ ſium ſub Magnifico Laurentio Me-
„ dice, altero Mecænate florebat:
„ & tunc temporis quanta tua præ-
„ celluit exiſtimatio! Profecto abſque
„ aliorum injuria nemini ſecundus,
„ omnes non ſolum te in literarum
„ paleſtra obſervabant, immo & ti-
„ mebant, & ut ita dicam ſolum ob
„ *Gorii* nomen expaveſcebant: quo
„ fit ut tua tanta creverit authoritas
„ apud illam divinam Medicorum
„ Proſapiam, ut in tuo arbitrio Im-
„ perium Sceptrumque eorum poſi-
„ tum fuerit & ſit. Nam tempori-
„ bus Sanctiſſimi *Leonis Pontificis Ma-*
„ *ximi* tota etiam Thuſcia tuo voto
„ regebatur, & ab eo electus in Epi-
„ ſcopum Fanenſem, & utinam San-
„ ctiſſimus *Clemens Pont. Max.* modo
„ te rubro exornaret Galero. Dii ad
„ vota ſecundent. Inde ab ipſo *SS.*
„ *Leone Pont. Max.* poſt victorias
„ contra Regem Gallorum habitas,
„ non immerito tibi Imperii Parmæ
„ Placentiæque, Civitates redem-
„ ptæ, Gubernationem commiſit,
„ tandiu bene optimoque dictamine
„ regi-

„ regiſti, ut nullus te ab illis rece-
„ dente fuerit, quin veluti a patre
„ ſuo orbati collachrymaſſent, &
„ dum ipſi te tam acerbe lachryma-
„ bant, tunc Bononienſes ſumma
„ lætitia afficiebantur ob eorum Ti-
„ bi Gubernationem a *SS. Clem. Pont.*
„ *Max.* commiſſam. O felix Reſpu-
„ blica, & quidem felix ob privilegia
„ dotium tanti viri! Nonne tuo mo-
„ deramine tuoque ingenio in ela-
„ pſa æſtate dum ad invicem Sedi-
„ tiones in Bononienſium Civitate
„ cum magno diſcrimine tumultua-
„ bantur, ſedaſti, ut merito illud
„ Platonis de Moderatoribus Reipu-
„ blicæ in Te comprobatum ſit, dum
„ inquit: Utilitatem Civium ſic
„ tueantur, ut quidquid agant, ad
„ eam referant obliti commodorum
„ ſuorum, ut modo dici valeat Ubi
„ *Gorus* eſt, ibi Catonis Majeſtas
„ adeſſe arbitrabitur. Quid ulterius
„ egrediar? Si mihi in ſcribendo
„ maximi Oratoris eloquentia adeſ-
„ ſet, quotam laudum tuarum enar-
„ rare non ſat aptus eſſem. Qua-
„ propter, Rever. Princeps, volu-
„ tans quid carius aut agere trade-
„ reve poſſim, Theſaurum flocci fa-
„ cis; virtutem ad ſydera tollis, in
„ qua Philoſophi ſapientes ſummum
„ bonum collocarunt, ut de Biante

„ So-

„ Soloneque dici ſolitum eſt: & quamvis inter Sacrarum Legum Doctores quæſo tamen hanc dedicatam Repilogationem *L. poſt contractum Dig. de Donat.* læta, qua omnia ſoles, fronte ſuſcipias: licet non ita digeſtam, ut tuæ Rev. Dominationi conveniat: ſaltem adſcriptitii animum accipias; & ob tuam tamen laudabilem integritatem, omnes uſurpatores ac rabidi invidique Detractores penitus ceſſabunt, & inviolabiliter pervagabitur. Vale unicum virtutis exemplar; tuumque Jo: Hannibalem de Canonicis commendatum habeas. Iterum vale. Bononiæ tertio Idus Aprilis 1528. “

§. II.

Ex *Oricellaria Familia* domi foriſque clariſſima, ad noſtram Hiſtoriolam, quod attinet, non ſolum prodiit *Bernardus*, qui pluries Florentiæ, utriuſque Studii Præfecturam geſſit, præclariſſimus Civis Scriptorque eximius, alibi cum *Crinito*, aliiſque laudatiſſimis viris merito commendatus; (*a*) non ſolum *Simon Joan-*

(a) *Vid.* *Opuſc.* V. *cui Tit. Collectio &c.*

Joannis, poſtea Florentinæ Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus, & Julii II. a Cubiculis, qui dum Piſani Alumni, Juvenis adhuc 24. circiter annorum, partes ageret, Univerſitati præfuit *Magnificus Rector*, [*a*] ut ſupra pariter annotavimus; verum & in Florentina Urbe, quo poſt adventum *Caroli Regis Octavi*, revocata ad tempus Univerſitas noſtra fuit, *Publici Profeſſoris* in Civili Facultate Munus, cum dignitate, obiit *Nicolaus Pancratii*, ſeu, ut eſt communior hujus nominis uſurpatio, *Brancatii* Filius, ex eadem inclyta Stirpe *Oricellariorum*. [*b*] Idem quoque in illuſtri Oppido Prati, ubi triginta retro annis, poteſtatis perſonam gerens, Jus iis Populis æquiſſime adminiſtrarat, [*c*] eo Academia translata, undique confluentem Thuſcam, exteramque Juventutem primis Juriſprudentiæ elementis erudivit. (*d*) Silentio Publicis Profeſſoribus, ob graviſſimas Piſani belli impen-

(a) *Ex Lib.* IV. *Univ. Piſ. pag.* 60. *ſub an.* 1486.

(b) *Ex Lib.* V. *Offic. Reform. Flor. pag.* 109. *an.* 1495. *& ſeq.*

(c) *Eug. Gamur. Tom.* I. *Hiſtor. Genealog. pag.* 280. *&c.*

(d) *Rotul. prædd. Annor. ibid.*

penſas, indicto, non multo poſt Ipſum de profeſſorio munere præclare meritum alia Civilia Officia, & ipſæ demum, quibus nullæ honorificentiores, Priorum Sellæ exceperunt. (*a*) Poſt hæc nihil de conſpicuo hoc Viro adnotandum ſuppetit; niſi quod ejus genii nobilis æmulator ſuperſtes modo *Julius* quondam *Pauli Benedicti* Filius, a nobis alibi celebrandus, aliquot annis, in eodem Academico Pulvere ſe ſe exercuit, donec, Regia Munificentia, ad majora, & ipſam Senatoriam Togam evocatus, in principe urbium Florentia, Juriſdictionalibus ſedulo incumbens, & ſubſecivis horis, amænioribus Studiis indulgens, (*b*) nihil inauſum relinquit, quo, ad normam Publici Privatique Juris, *Auguſtiſſimi Cæſaris* jura farta tecta tueatur.

§. III.

Franciſcus Nellius nobilis Florentinus Johannis fil. Stephani Nep. de quo obiter a nobis in Opuſc. *V.* actum,

(a) *Franc. Segalon. in Arch. Secret. S. C. M. Tom.* II. *&c.*

(b) *Plura de Gallico in Etruſcum Carmen vertit, de quibus ſuo loco.*

actum, (*a*) natus an. 1468. ac liberalibus diſciplinis excultus, eo potiſſimum tempore, quo, ob notas Piſanæ Civitatis revolutiones, extorris Academia noſtra Prati moram trahebat, Cæſareis Inſtitutionibus explicandis, tenui honorario 25. Floren. operam navavit. (*b*) Spectant hæc ad annum 1495. quo, & proxime ſequenti infeliciter exacto, Florentiam cum univerſo Cœtu reverſus, ſtipendioque plus dimidio auctus, in eo munere perſtitit donec Gymnaſium omnino conticeſceret.

Anno 1505. inter Priores Urbis aſſedit; (*c*) reliquum vero tempus uſque ad annum 1531. quo, uxoratus, vixit [*d*] in rei familiaris procuratione, in agendis, dirimendiſque alienis cauſis; in aliis quoque Civilibus officiis, muniiſque exercendis utiliter impendit, ſemper & ubique doctiſſimis viris, inter quos *Nicolaus Ma-*

(a) *Parag.* VIII. *ubi ex profeſ. de* Bapt. *pag.* 68. *de quo & pag.* 82.

[b] *Rotul. Acad. in Arch. Reform. an.* 1495.

(c) *Prior. Flor. in Tabular. Secret. S.C.M.*

(d) *Monum. Domeſt. inter ceter. Gentilit.*

Machiavellus, apprime carus; (*a*) & ob hæc non ſemel a *Benedicto Varchio* commemoratus. (*b*)

Non defuere illi, quos in hoc vitæ genere imitaretur; præſertim vero exemplar optimum ob oculos habuit *Baptiſtam Bartholomæi filium*, alioſque in quinta noſtrorum Opuſculorum ſerie, a nobis ipſis prælaudatos: (*c*) ſicuti ex poſteris alii reperti ſunt, *Julius*, e. g. & *Antonius*, (*d*) qui ad normam eorumdem illuſtrem, ſtudia, mores, vitæque genus omne conformarent.

Superſtes modo eſt *Jo: Bapt.* Florentini Senatoris *Jo: Bapt. Nelli* poſthumus filius, qui celeberrimo *Galilæo*, ex Teſtamentaria *Vincentii Viviani* Diſpoſitione, obſtrictus, in Eccleſia Florentina *S. Crucis PP. Minorum*, elegantiſſimam Epigraphen, ſubſidiario calamo, adhuc adoleſcens, & pene potius puer appoſuit; &

(a) *Vidéſ. Collect. Veter. Monum. ab Ang. M. Bandin. P. J. fact. in Præf. pag.* 32.

(b) *Hiſtor. Florent. Lib.* XI.

(c) *In Opuſc. cui Tit.* Collect. &c. §. 7. *pag.* 68.

(d) *Jul. Negr. ex Pichern. & Magliab. in Hiſtor. de Scriptor. Florentin. &c.*

& nunc J. U. Laurea donatus & decenti connubio junctus, hereditaria quædam prælaudati *Viviani*; & exiguo impendio forte fortuna emptas ipſius *Galilæi*, & *Jo. Evangeliſtæ Torricellj* pretioſiſſimas ſchedas hactenus ſquallore ac pulvere obſitas, in Rempublicam Litterariam, obſtetricio munere, invecturum ſe ſe recepit; (*a*) & utinam tam lautæ ſupellectilis, hac vel alia ratione, aliquando compotes efficiamur!

§. *IV.*

Ne careret Gymnaſium etiam iis Profeſſoribus, qui ad Etruſcas Athenas confluentes Juvenes ad graviora ſtudia præpararent, unum multis æquipollentem, eodem anno 1495. prælegerunt *Mag. Martinum de Janua*, inſignem Dominicani Ordinis Alumnum. (*b*) Non ad ejus probe cognitam ſcientiam, ſed ad præſentes ærarii anguſtias, & ad Cœnobii opportunitatem, quo pro commoda & decenti manſione fruebatur, reſpectum habentes Gymnaſiarchi, tenuiſſimum ei Floren. viginti emolumentum decrevere.

Li-

(a) *In Nov. Liter. Florent. D.* 18. *Septembr.* 1750.

(b) *Act. Scolaſt. d. an.* 1495.

Liguris hujus Profeſſoris, ſed de more, abſque ulla mentione famulatus Lyceo Noſtro præſtiti, ex *Leandro* potiſſimum *Alberto*, meminit eruditiſſimus *Quetif.* (*a*) eidemque laudem optimi non minus Philoſophi, quam Theologi aſſerit. De eodem honorificam mentionem habet *Seraphin. Razzius*, (*b*) ipſumque tam in Logica, quam in Philoſophia, ingenii monumenta reliquiſſe teſtatur: verum cum non addant ubi extent, & an edita ſint, ignoſcendum profecto nobis erit, qui ex eo cœtu non ſumus, ſi per nos id ipſum omittatur.

§. V.

Stephanus, e Pratenſi Familia *Guizzelmorum*, Civilibus Muneribus, multis ab hinc annis, conſpicua; & nunc ſolum in Egnatio Camaldulenſium Eremitarum Generali Procuratore penitus extincta, lucis uſura frui cœpit anno 1462. ac patrem habuit *Franciſcum* multifariam ſuis utilem, ut ſuis exteriſque extitit *Stephanus* hic noſter filius. (*c*)

In

(a) *Tom.* I. *Hiſtor. Scriptor. Dominic. Ord. pag.* 895. *&c.*

(b) *In ead. Hiſt. pag.* 310.

(c) *Monum. Fam. ap. generoſ. Equitum*

In Piſana Academia, Studiorum graviorum cauſſa, moratum fuiſſe, ex Ephemeride Doctorum, Lectorumque Extraordinariorum, nullus dubito. [*a*] Dum Medicinæ, etiam manuali exercendæ, ad ſuos reverſus operam navaret, conſtat Ipſum in Publicis Negotiis adhibitum; & præſertim in bellicis rebus anni 1494. (*b*)

Sedatis aliquantiſper tumultibus, in re, quæ tota pacis eſt, inſtruendæ nimirum in Medicis Diſciplinis Juventuti, a Publici Gymnaſii Moderatoribus adhibitus eſt; & ab initio quidem abſque ulla Scholaſtica ſtipe, poſtmodum cum tenuiſſima vigintiquinque Florenorum mercede, ut Acta noſtra anni 1495. & ſeqq. quamvis jejuna teſtantur. (*c*)

Rediit tempus Œconomicæ ejus rei magis proficuum, quo Praxi Medicæ, cum majori quæſtu exer-

.cen-

---

tem Petrum Philippi de Geppis *nobil. Pratenſem legit. heredem.*

(a) *Lib. Doctor. Archiepiſc. Tabul. an.* 1485. *&* 1486. *& Catal. Extraord. an.* 1484. *in Miſcel. Summar.*

(b) *Hieronym. Cal. in Silv. Monum. an.* 1494. *ex Publ. Diur.*

(c) *Lib.* V. *Rer. Stud. pag.* 110. *in Off. Reformat. Florent.*

cendæ , ſe totum applicuit ; atque aliis Communis ſui indigentiis potuit deſervire . Non omittendum , inter cetera , nobile munus ei demandatum adeundi Patriæ ſuæ nomine ac publicæ gratulationis gratia, *Oddonem Altovitam*, novum Pratenſis Eccleſiæ Præpoſitum, & Cardinalem *Joannem Mediceum*, qui poſtea , ſub appellatione Leonis X. Romanus Pontifex eſt renuntiatus. [*a*]

Fratres habuit *Raphaelem* , & *Julianum*, clariſs. viros; illum Sacerdotio mancipatum , humanioribus litteris apprime excultum , Magiſterio plurium inſignium Alumnorum , & potiſſimum *Alayſii Alamanni* percelebrem ; alterum vero , nempe *Julianum* in præcipuis Etruriæ Civitatibus , Judicis officio egregie perfunctum; & in Arretina Urbe Statutorum Fraternitatis ac Pii Montis Reformatorem accuratiſſimum. (*b*)

§. In hac autem docendi provincia, Collegis uſum fuiſſe deprehendimus Mag. *Franciſco Gentili Fulginate*; Mag. *Franciſco Tornerio Majoricenſi*; Mag. *Raphaele Bernardi del*

Fa-

(a) *Silv. Memor. Hieronym. Galli ex Diurn. Pratenſ. an.* 1500. *& ſeqq.*

(b) *Ibid. & commun. Rer. Pratenſ. Conditores.*

Fachino Piſano, cum lautioribus aliquanto conditionibus, ad Res Medicas conductis; at de his forſan alibi prolixior ſermo inſtituetur.

§. *VI.*

In hac Ingeniorum luce, inter reliquos Studioſos Academicos, doctrinæ fama præcellebant duo Nobiles Juvenes inter ſe Fratres, *Ludovicus* ſcilicet, ac *Stephanus de Meclo Luſitani*; quamobrem ſupremis Studii Moderatoribus, in ea præſertim temporum calamitate, qua premebantur, nihil gratius, opportunius nihil evenire potuit, quam cum iis, nomine Regis Luſitani, ſupplices preces oblatæ ſunt, pro conductione unius ex prædictis, nempe *Stephani*, ad Juris Pontificii Sellam occupandam, ubicumque Studium, Piſis abire coactum, reſeraretur. Conventio itaque cum hoc Profeſſore inita; & novo de eo experimento jam facto, ſub die 25. Auguſti an. 1496. ſupradicti Officiales deliberaverunt Litteras Reſponſionis ad *Sereniſſimum Regem Portugallienſium*, & *Algarbiorum citra & ultra Mare in Aphrica*, *atque Domino Guineæ* in hunc modum, videlicet. (*a*)

C „ *Se-*

(*a*) *Ex præd. Volum.* V. *Reform. p.*42.

„ *Sereniſs. Rex, & Excell. Princeps.*

„ Accepimus Litteras Majeſtatis
„ Veſtræ, quibus nobis commendat
„ D. Stephanum & D. Ludovicum
„ de Meclo fratres Nobiles Juvenes
„ Cives Veſtros, & noſtri Studii
„ alumnos: quas libentiſſime legimus
„ & quamquam ſponte noſtra dd. Ju-
„ venibus, cum propter ipſorum vir-
„ tutes & bonos mores, tum pro-
„ pter Portugalliæ Nationem, quam
„ diligimus plurimum, parati eſſe-
„ mus omnibus modis favere: ta-
„ men ad id faciendum libentius nos
„ Veſtræ Regiæ Majeſtatis Litteræ
„ incitarunt. Quapropter ut Supe-
„ riore anno noſtri Prædeceſſores
„ fecerunt, ita nos quoque ipſum
„ Dom. Stephanum ad legendum in
„ noſtro Studio Lectionem Juris Pon-
„ tificii, quam petierat, cum hone-
„ ſtis conditionibus deſignavimus:
„ parati quoad fieri poterit, omni-
„ bus in rebus libenter gratificandi.
„ Die 25. *Auguſt.* 1496. "

Per integrum vix triennium in hoc munere obeundo perſtitit; nam ſive Patrimonii tenuitas, ſeu ſtipendiorum exilitas, ſeu parum œconomicus in expenſis modus in cauſſa extiterit, alieno ære contigit eum prægravari; quamobrem Credito-

toribus in ſolutum dari ipſius libros, ſub die 7. Novembr. an. 1498. ab integerrimis Athenæi Moderatoribus, Juſtitiam magis, quam Regias Tutelas ob oculos habentibus, memorabili exemplo decretum legimus. (*a*)

§. *VII.*

Laurentius de Cecchis Piſcienſis, *Franciſci* filius, *Antonii* nepos, (*b*) cum plura doctrinæ, nec vulgaria ſpecimina præbuiſſet, meruit anno 1496. in Album Canoniſtarum ex ordine referri, & Pontificias Conſtitutiones, arctiſſimo fœdere cum Cæſareis, anteacto anno, extra ordinem enucleatis, conjunctas, in Univerſitate quidem Piſana, non Piſis quidem, ſed Florentiæ ac Prati, prout hic aut illic vigebat Studium, ſumma diſcentium utilitate profiteri. (*c*) In Forenſibus quoque concertationibus cum plurimum emineret, & frequenter in conſulendo adhibe-

(a) *Ibid. pag.* 54.

(b) *P. Placid. Puccinel. Hiſt. Piſcien. in Addit. pag.* 444.

(c) *Rotul. Acad. d. an.* 1496. *& Lib.* V. *pag.* 54. *in Tabul. Refor. Franc. Galeot. in monum. Piſcien. Mſs. ap.* Clar. Lamium.

retur, adhibitus una cum *Burgundione Leolo*, cujus elogium alibi dedimus, (*a*) *Philippum Decium*, unum pariter ex præſtantiſſimis noſtris Collegis ſuperius laudatum, (*b*) laudatorem æquiſſimum habuit, his præcipue verbis: *Perlectis*, & *pro tenui facultate mea conſideratis omnibus*, *quæ in occurrenti caſu accurate* & *diligenter ſcripta ſunt per Dom. Borgondium J. C. præſtantiſſimum*, & *Dom. Laurentium de Piſcia J.U. Doctorem peregregium* &c. (*c*)

Ex Gymnaſio autem Noſtro, cujus lapſus, ob prænarratas cauſſas, prævidebatur imminens, in natale ſolum regreſſus, per Renuntiationem *Juliani* patrui, ejus inſignem Plebaniam nactus anno 1502. cenſuit ſuo ſimul & Patriæ decori proſpicere, ſi eam in Præpoſituram erigendam curaret. Contigit hoc ei tantum ſub *Leone* X. anno 1519. primuſque Præpoſitus, eidem Eccleſiæ ſcientia, moribuſque præluxit uſque ad annum

num

(a) *In Opuſc.* 8. *cui Tit.* Monum. Hiſtor. &c. §. 3.

(b) *In Opuſc.* VI. *inſcript.* Recenſio &c. *pag.* 18. & *ſeqq.*

(c) *Dec. in* I. *Tom. Conſ.* 123.

num 1541. quo religioſiſſime occubuit. (*a*)

Ad optimum hoc exemplar ſe ſuaque Studia ac opera conformando, plerique ex agnatis, eaſdem majoreſque etiam dignitates conſecuti ſunt. *Petrus Franciſcus* Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus, Vicarii Generalis munus Florentiæ obiit; deinde vero Romæ Advocati Conſiſtorialis Gradum adeptus, in Aula vixit *Julio III. S. P.* acceptiſſimus, & honoris gratia ejus Cubiculo Præfectus. *Romualdus* Avenionenſis Legationis Auditor, dubium reliquit plus ne Legum cognitione, vel honeſtate polleret: pietate certe ſingulari præditus in *Divum Romualdum*, & *Franciſcum de Paula*, in quorum honorem & cultum Ædem ſacram in Patria patere voluit, quæ etiam nunc extat. *Jo: Baptiſta* ac *Stephanus Cecchii*, ut ceteros omittamus, (*b*) qualiter ſe univerſis ſubſpiciendos præbuerint, teſtatur gemina hæc Inſcriptio, quæ ſub duabus ſepulcralibus Urnis, in Sacello Familiæ in Cathedrali

C 3 Ec-

(a) *Ughel. Ital. Sacr. in Ser. Piſcienſ. Prælaud. Puccinel. in prædd. Addit. pag.* 444. *Georg. Vivian. Marcheſ. in Muſ. Honor. P.* 2. *pag.* 201.

(b) *De his d. Puccin. pag.* 351. *&c.*

Eccleſia magnifice conſtructo legitur, atque ita, mihi per Epiſtolam amice ſignificante erudito Equite *Franciſco M. Galeſſio*, ſe habet....

D. O. M.

„ Stephani Cecchii Piſciæ Antiſti-
„ tis Vigilantiſs. J. U. D. Nomen:
„ Quod Ut Omnium In Animis Per-
„ petuo Viveret, Ipſe Virtutum Me-
„ ritis Effecerat, Ut Viveret in Om-
„ nium Etiam Oculis, Laurentius
„ Can. Et Julianus Nepotes Obſer-
„ vantiſs. pariter, & Amantiſs. Hoc
„ Inſcripto Marmore, Voluere. Vi-
„ xit Ann. *LXXXI.* Obiit *Ann. MD-*
„ *CXXXIII.* "

D. O. M.

„ Joanni Baptiſtæ Cecchio Piſciæ
„ Antiſtiti Æquiti & J. U. D. Di-
„ gnitatis Eminentia Nobili, Vir-
„ tutum Præſtantia Nobiliori, Lau-
„ rentius Can. & Julianus Amantiſs.
„ Patruo Monum. Poſuere Ann.
„ *MDCCV.* Ut Quam Lapide Orna-
„ rant Sumptuoſius Tanti Viri No-
„ mine Præcipue Ornarent Aram, In
„ Hoc Antiquiſs. Familiæ Sacello, Ab
„ Ipſo Mandatam An. *MDCLXXXIV.*
„ Vixit Ann. *LXXVIII.* "

§. *VIII.*

§. *VIII.*

Quantum, poſtrema ejus ætate, ſe *Mediceo Nomini* ac Florentinis infeſtum præbuit *Angelus Acciajolus* una cum *Dietiſalvio Neronio*, & *Luca Pittio*, (*a*) tantundem ſe ſe Patriæ utilem præbuit & *Mediceo* Gymnaſio (ſic enim Florentinorum Gymnaſium, ob magnificam Inſtaurationem a *Laurentio Medice* Petri filio præcipue factam appellare licet) *Ludovicus* ipſius *Angeli* filius. (*b*) Non defuit, ex *Laurentio Arretino Epiſcopo* (*c*) pluribuſque agnatis, inter quos *Donatus Acciarolus* a diſertiſſimo viro *Chriſtophoro Landinio* pubblice laudatus; (*d*) non defuit, inquam, huic noſtro erga bonas artes ac diſciplinas ingens incitamentum. Verum, cum ad Juriſprudentiæ ſtudia potiſſimum propenderet, in eam præſer-

(a) *Bened. Colucc. de Diſcord. Florent. pag. 9. Scip. Ammir. Hiſt. Flor. P. 2. ſub an. 1465. &c.*

(b) *Arb. Gentil. in prælaud. Arch. Secr. SS. Princ.*

(c) *Ferd. Abb. Ughel. Tom.* I. *in Ser. Arret. num. 76.*

(d) *Franc. Bocch. in Elog. pen. Jac. Gad. Tom.* I. *de Script. non Eccl.*

tim incubuit, in qua Lauream Doctoratus adeptus, aptiſſimus deinde habitus eſt, qui eamdem e Publico Suggeſtu edoceret. Contigit hoc anno 1496. decreto ipſi vigintiquinque Florenorum honorario: quo Academico munere, uſque ad Academiæ caſum, cum plauſu & auctario perſunctum, ex Scholaſticis Schedis habemus. (*a*)

Priorum ſellas, utpote ſorte obventas, pluries ab eodem occupatas omittimus. (*b*) De anno obitus non ſatis certo conſtat; illud vero certum, non in Eccleſia *S. Apollinaris*, ut in nonnullis minus caſtigatis *Stephani Roſſelli* ſepulcralibus monumentis legitur, ſed in Eccleſia Florentina *Monachorum Caſſinenſium* decentiſſime tumulatum cum hac Epigraphe: *Sep. Dom. Ludovici de Acciajolis J. U. D. eximii & Suorum Deſcendentium*. (*c*)

§. IX.

(a) *Lib.* V. *Rer. Stud. pag.* 111. 184. & 189. &c.

(b) *D. Arb. Cognat. Anonym. in Bibl. Maliab. pag.* 5. *an.* 1503. 7.

(c) *Id. Puccinel. in Mem. Sepulc. pag.* 8. *num.* 1.

§. IX.

Tertius, e pervetuſta nobiliſſimaque *Strociorum* Florentina Proſapia, Academicam hanc ætatem ornat *Michael Petri* filius, *Pagnoctii* nepos, natus an. 1425. ex *Maria Hieremiæ de Fiegiovannis*, quæ quadriennio antea, eidem *Petro* decentiſſimo connubio juncta fuerat. (*a*) E domeſticis monumentis eruitur, & ipſum uxore ducta *Catharina Jo. Salvetti*, liberorum procreationi vacaſſe; Florentinoque Gymnaſio primum Legendo profuiſſe an. 1469. cum nondum tale Gymnaſium in Piſanam urbem translatum fuerat: quæ utilis translatio quandonam, & quibus de cauſis facta fuerit, ex noſtris Opuſculis jam innotuit. (*b*) Ex Tabulariis vero Academicis habetur, in Piſano quoque Athenæo Juſtinaneis Inſtitutionibus enucleandis Florentiæ, ac Prati incubuiſſe, cum amiſſo ejus urbis dominatu, Piſana Univerſitas huc & illuc, cum ſuis Privilegiis, Pontificioque Piſani Studii pro-

C 5 ven-

(a) *Ex Lib. Approb. ætat. & Gabel. in Bibl. Stroz. Cod.* 143. *&c.*

(b) *Opuſc.* V. *cui Tit.* Collect. &c. *pag.* 3. *&c.*

ventu peregrinabatur. (*a*) Novum hoc Interpretis munus ei in ſenectute demandatum atque exercitum; cum ſumma bonorum omnium laude reperitur anno 1496. cum annuo ſtipendio Florenorum centum & triginta. (*b*) Intermedio tempore Piſaurienſem quoque Poteſtatem geſſiſſe in comperto eſt. (*c*) Nobile etiam Advocati officium cum Theoreticis Diſciplinis, utili Clientibus nexu, copulaſſe, prælaudatus alibi *Joſeph Ruſticius* in ſua præſtantium Forenſium nomenclatura teſtis eſt locupletiſſimus; & (*d*) donec ætate gravis ſpiritum rerum ſatori Deo reddidit; mortales vero exuvias in Avito Sacello PP. Prædicatorum *S. Mariæ Novellæ* humandas reliquit die 19. Novembris anno 1498. (*e*)

§. X.

[a] *Videſ. Anteced. Opuſc.*

[b] *Lib.* V. *Reform. pag.* 45. *& in Mem. pag.* 9. *&c.*

(c) *In Stroʒʒ. Bibl. B.* II. *pag.* 78.

[d] *Lib.* I. *de Condit. & Demoſtrat. cap.* 13.

(e) *Ex Libr. Emortual. Art. Medicor. ſub die, & an. præd.*

§. X.

Auguſtæ Peruſinorum Urbi, ut alios inſignes Profeſſores alibi commemoratos, grato animo acceptos retulimus; (*a*) ita debere nos, eadem ſignificatione, fatemur etiam alium, hac, quam excurrimus, ætate. *Petri Martyris* communis ejus appellatio; & e Familia *Raineria* eum fuiſſe, ex penitioribus Academiæ Noſtræ monumentis eruimus; [*b*] atque ita, ex nobili Familia, quæ litteris, & præſertim Juriſprudentiæ, doctiſſimos viros ſeniorem junioremque *Raynerium* peperit, de quo *Chriſpoltus*, *Jacobillus*, *Oldovinus*. (*c*)

De *Petro Martyre* tacent hi; at nos mutilis in hac parte eorum Catalogis adjungimus, & Albo noſtrorum Juriſconſultorum, ſub an. 1496. fidenter adſcribimus. (*d*)

Pro ea, qua præſtitit, etiam Ex-

(a) *Vid. Opuſc.* II. *&* V.

(b) *Vol.* V. *Rer. Stud. in Arch. Reform. Florent.*

(c) *Chriſp. in Peruſ. Auguſt. Lib.* III. *pag.* 346. *Jacob. de Scriptor. Umbr. Oldoin. in Athen. Peruſ.* 392.

(d) *D. Lib. Reform. & Rotul. d. an.* 1496. *in Memorial.*

cleſiaſticarum rerum peritia, abſentis Archiepiſcopi Noſtri *Raynaldi Urſini* Vicariam quoque Poteſtatem geſſit. Compotem ea jam redditum anno 1495. patet ex fragmento Litteræ Italico ſermone exaratæ, qua Romam euntem Florentini proceres comitantur, atque ita *Ricciardo Becchio* Scriptori Apoſtolico & Florentinæ Reipublicæ Oratori commendant (*a*) „ *Domino Riccardo Becchio.* „ *Venerab. Vir ac Civis noſter Chariſ.* „ Meſ. Pietro de Peruſio al preſen- „ te Vicario qui dello Reverendiſſi- „ mo Noſtro Archiepiſcopo viene „ coſtì per una ſua cauſa, la quale „ da lui vi ſarà Coram expoſta, e „ per quanto habbiamo depſa ritra- „ cto havendo lui buone ragioni: e „ perchè riſpecto alle ſue virtù & „ buoni coſtumi cè chariſſimo vo- „ gliamo che voi noſtro nomine lo „ raccomandiate favoriate & adju- „ tate appreſſo ad qualunque faceſ- „ ſi a ſuo propoſito. " Florent. die 7. Febr. 1495. Qua vero ipſius Reipublicæ adprobatione munus expleret, teſtis ſit inſequens hæc alia Epiſtola, quam pariter ineditam, ut ſupe-

(a) *In Mſ. Cod. Epiſtol. ap. Jo. Bapt. Dejum Arch. Secret. Sacr. Cæſ. Majeſt. Præpoſ. pag.* 303.

ſuperiorem, ex laudato ſæpe *Codice Dejano* heic proferimus [a], „ *Domino* „ *Archiepiſcopo Flor. Reverendiſſime in* „ *Chriſto Pater & Domine.* Intelleximus ex literis Dom. Ricciardi Becchii ad Decemviros Civitatis Noſtræ datis id quod a multis etiam „ civibus noſtris antea intellexeramus, Reverendiſſimam Paternitatem Veſtram eo erga nos animo „ eſſe, quo & nos eam eſſe vehementer deſiderabamus & jam pro „ comperto habebamus. Nam & a „ Venerabili Reverendiſs. Paternitatis Veſtræ Vicario *Dom. Petro* Martyre ſatis nobis probatum fuerat: „ qui ea retulit nobis veſtro nomine, quæ intelligere ab eo gratiſſima fuerunt: præbuit autem indicium quod R. P. V. & nos & Civitatem noſtram plurimum amat: „ ita ſeſe gerens in omni ſuo officio „ ut nobis maxime gratificetur. Eſt „ autem Vir qui ſuis virtutibus dignus eſt munere quo fungitur, & „ a nobis plurimum ametur: ſumusque & illi & R. P. V. quæ eum „ ad nos tranſmiſit maxime obnoxii „ magiſque fore in dies ſperemus „ cum ipſum non ſolum perſeveraturum, ſed ſuperaturum indies pro-
„ cul.

(a) *Ibid. pag.* 313.

„ cui dubio credamus. Ex Palatio
„ Noſtro Die *XI.* Apr. *MCCCC-*
„ *LXXXXVI.* "

Quod ſpectat autem ad id, quod in eo munere perſtiturum ſibi facile ſuadebant, ſua Florentinos Cives & maxime Clerum fefellit opinio. Majoribus enim inhians, Romam, commune centrum, ſed non raro lubricum, maximarum expectationum rediit; ibique *Pauli Fregoſi* Cardinalis ampliſſimi a Secretis electus, non multo poſt, cum eximio fautore ac domino, ſpes quoque ſuas conſepultas ingemuit. Opera, quæ typis edita ſub *Petri Martyris* nomine, circumferuntur, alterius Scriptoris ſunt. (*a*) Flagitioſa quoque incepta alium auctorem habent, nulla hiſtorica neceſſitate eorum narrationem exigente, Florentino homini reticenda.

ſ. XI.

Jacobus Ser Michaelis de Modeſtis Pratenſis (quem ob hominis excellentiam, etiam proximi *Carminianenſes Accolæ* ſibi vendicant) annum agens trigeſimum tertium conſtituto ſibi 25. Floren. honorario, Cæſa-

(a) *Auguſt. Fontan. in Biblioth. Legal. P.* I. *&c.*

ſarearum Inſtitutionum interpretationem aggreſſus eſt an. 1496. quam paulo pridem ſub umbratili adhuc diſciplina degens, extra ordinem inchoaverat. (*a*)

Ut erat Vir eloquentia & eruditione valde pollens, cultioribus adoleſcentibus ſummopere placuit, præſertim vero *Franciſco Guicciardinio*, diſertiſſimo poſtmodum Hiſtorico, qui ſe imbuendum ejus diſciplinæ tradidit; ac poſtea Collegam in ea Univerſitate meruit habere (*b*)

Hauſerat adhuc adoleſcens a puriſſimo fonte politiorem litteraturam, nimirum ab *Angelo Politiano*, ut etiam a *Clariſ. Friderico Ottone Menchenio* fuit adnotatum, (*c*) & præ ceteris patet ex hac Epiſtola, qua requirenti *Modeſtio* nomina Veterum J.C. ita reſpondet (*d*) „ Rogaſti me ſæpius „ ut tibi nomina colligerem Veterum „ Juriſconditorum, non qui citentur „ ab

---

(a) *Lib.* V. *Rer. Stud. pag.* 111. *& Rotul. Extraord. an.* 1494.

(b) *Remig. Florent. &c. in Vit. d. Guicciard.*

(c) *In Vit. Polit.* §. V. *pag.* 77.

(d) *In Edit. Lugd. Digeſt. an.* 1575. *& in Lib.* V. *Epiſt. ult. d. Polit. & lib.* 7. *Miſcell.*

„ ab aliis: ſed quorum ſint ipſorum
„ verba pro legibus in Juſtiniani prin-
„ cipis Digeſtis, quas & Pandectas
„ appellamus. Ego vero quoniam te
„ longius diſtuli, quam fortaſſe ſin-
„ gularis amor erga me tuus mere-
„ batur, ne ſine fenuſculo mora iſta
„ fuerit, etiam titulos, numerumque
„ librorum tibi perſcribam, de qui-
„ bus quinquaginta Digeſtorum vo-
„ lumina conſarcinantur. Volo enim
„ tibi hoc quoque apponere, quaſi
„ condimentum ſtudiorum tuorum:
„ in quibus te multam ponere ope-
„ ram, multumque proficere (quod
„ mihi ſæpe tui Præceptores narrant)
„ unice gaudeo. Nam cum tu noſtris
„ laboribus a puero fueris innutri-
„ tus, probaverimque ſemper inge-
„ nium, mores, animum, fidelita-
„ temque tuam, nihil abs te mihi
„ pene ſejunctum puto, laudeſque
„ tuas perinde amplector ut meas &c.

Penitiorem quoque Juriſprudentiam a prælaudatis Academiæ noſtræ Profeſſoribus didicerat, qua probe condocefactus, patrocinandis etiam litibus operam dedit; (*a*) quandoque etiam, ſub *Julio Cardinali Mediceo*

(a) *Diurn. Pratenſ. prædd. Ann. pag.* 149. & 50. & *pag.* 186. & 194. *an.* 1502. &c.

ceo audiendis controverſiis, dirimendiſque. (*a*) Munus a Secretis ejuſdem, tunc in Republica principis viri; necnon Officii Florentinarum Reformationum, quod hodie Cancellarii dicimus, fuit præcipuum munus, poſt intermiſſam Lecturam, ei Florentiæ demandatum; extraordinarium vero, pro Republica vel pro Patria geſtum, munus Oratoris Legatique pro recuperandis iis, quæ *Vitellocſius* occupaverat; pro defenſione Privilegiorum Artium, ut aliæ officioſæ Legationes ad *Oddonem Altovitum*, novum Pratenſis Eccleſiæ Præpoſitum; ad Florentinam Rempublicam, poſt Piſas iterum in Ditionem receptas &c. prætermittantur. (*b*)

Ob hæc, & alia in Rempublicam merita, Comitis titulo decorari, & Patrium Inſigne honorificentioribus ſtemmatibus ditari obtinuit, ut videre datur in Clauſtro Pratenſi *Minorum Conventualium Divi Franciſci*, ubi,

(a) *Monum. Hiſtor. Mſs. Jo: Franc. Bonamici Vicar. Florent. ad Equit. Bonamic. Fratrem.*

(b) *Præcit. Diurn. ab an.* 1409. *ad* 1502. *&* 1509. *ubi Patris, Aviq. nomen, quod a* Clar. Mench. *d. loco deſideratur.*

ubi, cum prædictis propriis & adſcititiis Inſignibus, iſthæc inſcriptio, ſolutis aliquibus in ea compendiariis verbis, legitur....

Jacobus Modeſtius Comes Palat. Civis Advocatus Florentinus; Reformationum ac generoſæ Familiæ Mediceæ Secret. in Rep. Florentina; Stemmatibus Mediceis & Populi Pratenſis inſignitus. Vixit an. 67. obiit an. Dom. 1530. D. 18. Decembris.

Nicol. Modeſtius Nepos, Communit. Pratenſ. Secret. poſ. an. 1541.

§. XII.

Omiſſum ab *Ammirato*, *Gamurrinio*, *Marcheſio &c.* inter illuſtres *Albitiæ Florentinæ Familiæ*, hujus ætatis, nempe declinantis decimi quinti Sæculi viros, commemorare nunc opportune juvat *Joannem Albitium Franciſci filium*, *ex Magdalena Aloyſii Ridolfi*, ſecunda Franciſci uxore, anno 1470. progenitum, ut Arbor Gentilitia in Archivo Secreto Etruſcorum dominantium, & domeſtica doctiſſimi Collegæ noſtri *Franciſci Albitii* Piſani Canonici, & Clariſſimorum Fratrum monumenta teſtantur (*a*). Non

(a) *Apud Jo: Bapt. Dejum d. Arch. Præfect. pag.* 10.

Non eum ſpiritus quidem bellicus ad arma pertractanda, & militare exercitium adegit, ut *Petrum Thomam Equitem*, vulgo *Maſium*, *Raynaldum &c.* (a) Non Poeticæ ſtudium ad Pindi delicias eumdem illexit, ut *Franciſcos* duos, vulgo *Franciſchinos*; quorum prior *Petrarchæ* intrinſecus ac familiaris, in ejus ſcriptis vivit numquam interiturus; (b) non anxium atque ſollicitum Reipublicæ adminiſtrandæ deſiderium in Publicis Negotiis detinuit, ut *Franciſcum* ipſius genitorem, & *Lucam*, & *Lucæ* filium *Thomam*, qui & Piſanam Poteſtatem geſſit anno 1478. & omnibus Piſanæ Civitatis honoribus, in poſteros quoque duraturis, honorificentiſſime decoratus abiit. [c] Verum ad ſeſe rapuit noſtrum hunc ſanctiſſimarum Legum, & præcipue Canonicarum, prout Eccleſiaſticum Virum maxime decebat, ſtudium, initum Piſis anno 1488. & proxime ſubſecutis proſecu-

(a) *De his Scip. Ammir. in Arb. & hiſtor. fam. Ab. Gamurrin. ibid. March. in Muſ. Honor.*

(b) *In Triumph. & in Son. de obitu Senuc. Creſcimb. in Hiſt. vulg. Poeſ.* 30. *Lam. P.* 2. *Tom.* 2. *Memorab.*

(c) *Lib.* III. *Partit. ab an.* 1471. *pag.* 278. *in Tabular. Piſ.*

cutum: quod deinde, ex diſcipulo, Publicus Doctor merito deſignatus, in commune bonum exiguo quamvis cum honorario vigintiquinque Florenorum, protulit an. 1497. [*a*] Non ipſi tamen perpetua, immò nec diuturna hæc ſedes; Prothonotarii enim gradu inſignitus, primum gubernio *Arriminenſis Urbis* admotus; [*b*] & ſubinde inter Cubicularios *Leonis Decimi*, anno 1518. receptus, ditatuſque Eccleſiaſticis proventibus, inter quos Abbatia *S. Mariæ de Faventia*, (*c*) ubique locorum ita ſe geſſit, ut Patria, Gens ſua, atque Univerſitas noſtra de conſpicuo hoc Viro poſſit jure optimo gloriari.

Veroſimillimum eſt ad celſiores dignitates aſcenſurum fuiſſe, ſi diutius ſoſpes in Romana Urbe conſtitiſſet; at Florentiam reverſus, ibique, ſub die 13. Januar. an. 1522. Teſtamento condito, ſuperſtites *Bernardum*, & *Lucam* fratres, avitæ ſubſtantiæ heredes fideicommiſſarios reliquit, ceteriſque bonis erogatis in pau-

(a) *Rotul. Canoniſt. d. an.* 1497. *&* 1502. *in Arch. Flor. Reform. & in Lib. Official. Mont. Commun. Floren. pag.* 28.

(b) *Prælaud. Ammir. in Arb. Famil. & præd. Arch. S. C. M. pag.* 10.

(c) *Ex Teſtam. de quo infer.*

pauperes, famulos, & amicos; quorum admodum ejus intrinſecus *Hieronymus Ghinuccius Senenſis*, Reverendæ Cameræ Auditor, ejuſdemque Teſtamentarius Executor [*a*] non multo poſt ibidem religioſiſſime occubuit; & in proxima *S. Salvatoris*, quæ nunc communiter *D. Franciſci ad Montem* dicitur, Eccleſia tumulatus jacet.

§. XIII.

Ex *Simeone Boncianio* honorificentioribus Florentinæ Civitatis officiis egregie perfuncto, (*b*) ortum duxerat *Aloyſius*, qui præclaris artibus & potiſſimum Civilis Sapientiæ documentis apprime inſtructus, ad eam in Publico Athenæo profitendam anno 1497. quam qui maxime idoneus, ſapientiſſimorum Studii Præſidum judicio reputatus eſt. (*c*) Non reticebo tamen quod, aut duraturi Magiſterii incerta ſpes, aut incertitudo loci, quo, ob notas Patriæ calamitates,

(a) *Rog. F. Barth. Jo: del Roſſo ſub d. An. & die.*

[b] *Franc. Segalon. Tom.* I. *pag.* 161. *in præd. Arch. Secret.*

(c) *Rotul. d. an.* 1497. *in Offic. Reform.*

tes, commigrandum foret; aut exilitas ſtipendiorum, quibus interim in hac Togata Militia foret elaborandum, eum illico deterruit, & in cauſſa fuit, ut alio ſe citiſſime tranſtulerit. De Romana Urbe, ex *Benedicto Varchio*, (*a*) minime dubito, qui, cum gratia & auctoritate aliqua penes aulicos *Caroli V.* pollere videretur *Aloyſius*, eo Florentinos Oratores uſos memoriæ prodidit, ut ad Imperatorem ipſum facilior ſibimetipſis pateret acceſſus, & per eum pronior in eorum preces Pontificis animus haberetur: quamvis voto res minime ceſſerit.

Præſtraverat ipſi ad celſiores in ea Metropoli gradus aſſequendos, tutiſſimum iter ex agnatione ſua *Jo: Baptiſta* Hieronymi filius, jampridem *Leonis* X. Præceptor; at neque ipſe, quantum explorata ejus virtus, laudati Pontificis magnanimitas, & *Clementis VII.* nota erga ipſum affectio; immo communis opinio, & expectatio pollicebatur, in eo vitæ genere profecit, *Caſertæ* Epiſcopatu dumtaxat inſignitus. (*b*)

Ex

(a) *Lib.* XI. *Hiſtoriar. ſub ann.* 1529.

(b) *Ferd. Ughel. Tom.* VI. *in Ser. Caſertan. n.* 29.

Ex eadem clariſſima Proſapia, cujus Gallicam Originem a *Caroli Magni* temporibus uſque, repetit *Chriſtophorus Landinius* (*a*) ad longe majus dignitatis culmen (quale eſt *Piſanus Archiepiſcopatus*) adſcendit *Franciſcus* Pauli filius, jampridem Florentinæ Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus & Archidiaconus, cujus extat typis edita Piſana Synodus; & in laudem *Jo: Baptiſtæ Adriani* funebris Oratio elegantiſſima. (*b*) Hic ſiquidem prædictæ Piſanæ Eccleſiæ regimen tenendo; & quod eſt cum ea dignitate conjunctum, *Magni Cancellarii* miniſterium obeundo, utrique mirifice profuit. Profuit quoque Patriæ, pro Etruſcis Principibus graviſſima negotia expediendo: neve moriens ſuis deeſſet, duratura liberalitate ac munificentia, refertiſſimam Bibliothecam ſuam, inſigni Cænobio *S. Mariæ Novellæ* teſtamento reliquit, ut edita apud Clariſ. *Salvinium* elegans Inſcriptio teſtatur. (*c*)

§. XIV.

(a) *In Comment. ad cap.* 16. *Parad. Dantis.*

(b) *Inter Proſ. Florent. P.* I. *Orat.* 3.

[c] *In Faſt. Conſular. pag.* 322. & *Tom.* I. *Prior. Flor. in Arch. Sec.*

§. XIV.

Ob præclarum ſcientiæ ſpecimen, quod de ſe in Extraordinaria Juris Civilis Lectione præbuerat an. 1496. *Hieronymus* Stephani filius e Pratenſi Famila *de Calvis*, (*a*) quæ tam ante, quam poſt, in Civilibus muniis utiliter adhibita fuit, (*b*) in magnam ſpem erecti prælaud. Florentini proceres, qui Liceo præerant, ipſum, recurrenti novarum Conductionum tempore, Ordinaria Juris Cæſarei Cathedra decorarunt; eidemque, habita etiam relatione ad patrium ſolum, vel ad valde proximum locum, ubi profitendum ei fuerat, communiorem exilem penſionem Floren. vigintiquinque deſtinarunt. (*c*) Præmittendum eidem, ex veteri conſuetudine, fuerat publicum Doctoratus examen, quo Lectura potiretur: quod ubi, qualiter, quibus intervenientibus, & qua Diplomatis formula, tunc temporis, fieri ſoleret, ſequens antiqua Carta oſtendet, mi-

(a) *Catal. Extraordinar. ſub d. an.* 1496. *in Tabular. Reform. Flor.*

(b) *Diurn. Pratenſ. ab an.* 1409. *in ſeqq.*

[c] *Rotul. d. ann. in d. Reform. Arch.*

mihi ab humaniſſimo eruditiſſimoque quond. Plebano *Joſepho Blanchinio* amice ſuppeditata. „ In Dei Nomine Amen: *Verius de Medicis de* „ *Florentia Juris Doctor* (*a*) *Reveren-* „ *diſſimi in Chriſto Patris*, & *Domini*, „ *Domini Raphaelis Sancti Georgii ad* „ *Velum aureum Diaconi Cardinalis*, „ *Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Ca-* „ *merarii*, *Sanctæ Piſanæ Eccleſiæ Ar-* „ *chiepiſcopi*, *Corſicæ*, & *Sardiniæ* „ *Primatis*, & *Apoſtolicæ Sedis in eis* „ *Legati*; *necnon Florentiſſimi Piſani* „ *Gymnaſii ad præſens*, *Pratum*, *nobi-* „ *bile Tuſciæ oppidum translati*, *Can-* „ *cellarii Digniſſimi Vicevicarius*, *Uni-* „ *verſis* & *ſingulis*, *in quos præſentes* „ *inciderint*, *ſalutem in Domino ſem-* „ *piternam*. “

„ Nulla profecto ſatis conveniens, „ condigna merces illis imponi po- „ teſt, qui ſe ſe doctrinis penitus de- „ derunt, ac contemptis rejectiſque „ mundi deliciis, ad inquirendæ vir- „ tutis ſtudium ſe ſe contulerunt exiſ- „ timantes multo eſſe præclarius bo- „ narum artium, atque ſcientiarum „ inveſtigari rationem, quam in con- „ gerendis, cumulandiſque opibus „ inhærere. Unde bene quidem, ac

D „ ſa-

[a] *De inſigni hoc Profeſſore actum in Opuſc. anteced.* §. 27.

„ ſapienter in Majoribus noſtris ad
„ incitandos hominum animos ob-
„ ſervatum eſt , ut nullum virtutis
„ genus ſine magno aliquo, aut uti-
„ litatis, aut honoris præmio eſſe
„ voluerint. Siquidem priſci illi Ro-
„ manorum Duces, & Imperatores
„ tantam in hac re curam, & dili-
„ gentiam habuerunt, ut nullum in
„ re bellica præclarum, aut memo-
„ rabile facinus patrarent, cui non
„ eſſet conſtitutum ipſius fortitudi-
„ nis laudiſque præconium. Nam
„ qui primus hoſtiles muros tran-
„ ſcenderat, qui primus Caſtrorum
„ valla invaſerat, qui Navali prælio
„ hoſtes ſuperaverat, hunc murali
„ navalique & roſtrata corona, quæ
„ ut plurimum ex auro conficieba-
„ tur, ornare conſueverunt. Si quis
„ vero ab hoſtium manibus Civem
„ eripuiſſet incolumem, corona ex
„ quercu aut illice donabatur. Cu-
„ jus autem virtus Patriam obſidio-
„ ne liberaſſet, hunc corona gra-
„ minea, quæ Obſidionalis diceba-
„ tur, ornabant. Ipſe quoque exer-
„ citus Dux, & Imperator cum ad-
„ verſus hoſtes victoriam aſſecutus
„ eſſet, & Romanorum adauxiſſet
„ imperium, Quadrijugis invectus, &
„ Laurea corona conſpicuus, Capi-
„ tolium aſcendebat. Sic quoque de-

„ cet,

„ cet, ut docti Viri liberalibus di-
„ ſciplinis imbuti, qui ſe probatis
„ claruerunt, & ampliſſimum ſuæ
„ virtutis & doctrinæ laborumque
„ ſuorum teſtimonium fecerunt, non
„ inferiori dignitate & laude; quin
„ etiam egregia Oratione Coronaque
„ Doctrinali decorentur ad eorum
„ gloriam illuſtrandam atque ampli-
„ ficandam, ac ut ceteri cum vide-
„ rint tanta cultoribus præmia con-
„ ſtituta, ad illas addiſcendas avi-
„ dius inducantur. Propterea cum
„ nobilis & circumſpectus Vir *Do-*
„ *minus Hieronymus de Calvis de Pra-*
„ *to*, quem hactenus ingenuæ indo-
„ lis, nunc præcipue vitæ & ſcien-
„ tiæ & morum honeſtatis atque vir-
„ tutum ſpecialis prærogativa ſubli-
„ mavit honoris, ſuperioribus tem-
„ poribus, in celeberrimo præfato
„ Gymnaſio, in quo ſumma probi-
„ tate, integritate, & commenda-
„ tione ſe gerens, aſſidueque vigi-
„ lantibus laboribus & Studiis Juri
„ Cæſareo incumbens, diligenter
„ ſtudendo acutiſſima conferendo
„ ceteroſque actus ſcholaſticos tam
„ private quam publice laudabiliter
„ exercendo, adeo divina clemen-
„ tia aſſiſtente profecerit, quod tan-
„ dem hodierna die per eximios Ju-
„ rium Interpretes *Dominos Philip-*

„ *pum Decium nobilem Mediolanenſem*,
„ *Bonum de Bonis*, *Baldaſſarem Car-*
„ *duccium Cives ac nobiles Florenti-*
„ *nos*, Promotores ſuos, idem Dom.
„ *Hieronymus* coram nobili *Verio Vi-*
„ *cevicario* antedicto, tamquam ido-
„ neus & benemeritus meruit lau-
„ dabiliter præſentari : cumque ejuſ-
„ dem Cæſarei Juris puncta per nos
„ dictos una ſibi aſſignata fuerint ,
„ tremendo ac rigoroſo examini om-
„ nium Clariſſimorum d. Collegii
„ & Univerſitatis Doctorum, ad hoc
„ legitimo & ſufficienti numero ,
„ juxta d. Collegii Conſtitutionem,
„ pro hujuſmodi examine celebran-
„ do, Mandato Noſtro congregato-
„ rum ſuppoſitus, adeo præclare ac
„ ſtrenue in acerrimo conflictu ſe geſ-
„ ſit, puncta ſibi aſſignata magiſtra-
„ liter recitando, legendo, declaran-
„ do & interpretando, difficilia dd.
„ Doctorum argumenta contra ſe fa-
„ cta copioſe reaſſumendo, ac ſubti-
„ liſſimis ſolutionibus confutando ,
„ ut tandem poſt longum, arduum
„ ac tremendum examen in eodem
„ Jure Cæſareo per eoſdem DD. de
„ eo factum , cum magna laude &
„ præconio tam a nobis quam a ce-
„ teris d. Collegii DD. totis ſuffra-
„ giis, omnium voto, ac nemine di-
„ ſcrepante, tamquam Vir in hujus,

„ mo-

„ modi Juris Cæſarei diſciplina eme-
„ ritus idoneus ſufficiens ultro ap-
„ probatus fuit.

„ Nos igitur *Verius* Vicevicarius
„ antedictus conſideratis ac diligen-
„ ter inſpectis ſcientia, acumine,
„ ætate, prudentia, moribus, vitæ
„ honeſtate aliiſque plurimis virtu-
„ tum meritis, quibus præfatum
„ Dom. *Hieronymum* decoravit & in-
„ ſignivit Altiſſimus, ſicut tam ho-
„ die in ſuo rigoroſo examine quam
„ alibi ſæpe numero extitit compro-
„ batus, ut denique ſtudiorum, & la-
„ borum ſuorum palmam & coro-
„ nam valeat reportare, ejuſque glo-
„ ria aliis tranſeat in exemplum.
„ Auctoritate igitur præfati Reve-
„ rendiſſimi Domini Cardinalis, &
„ ſui Cancellariatus Officii nobis con-
„ ceſſi, & quo fungimur in hac par-
„ te, de conſenſu omnium & ſingu-
„ lorum d. Collegii Doctorum ibi-
„ dem præſentium, & conſentien-
„ tium, præfatum *D. Hieronymum*
„ in noſtra præſentia conſtitutum &
„ ſuper Magiſtrali Cathedra ſeden-
„ tem in d. Juris Cæſarei Facultate
„ diligentiſſime ut ſupra examina-
„ tum & meritiſſime approbatum
„ Pronunciamus Decernimus & De-
„ claramus, & eumdem in Jure Ci-
„ vili Doctorem eſſe pariter & Ma-

„ giſtrum, ipſumque idoneum & benemerentem ad habendam Licentiam publicam & Doctoratus Inſignia Dignitateſque in eadem Facultate debitas & conſuetas; & inſuper auctoritate præfata præfato Dom. *Hieronymo* uti meritiſſimo & hac promotione digniſſimo Nomen & Titulum Doctoratus, & in eodem Jure Legendi, Docendi, Diſputandi, Interpretandi, Conſulendi, & quomodolibet examinandi, Cathedram Magiſtralem aſcendendi, gloſſandi, addendi, minuendi, omneſque alios actus Magiſtrales & Doctoreos in Piſano Gymnaſio & in qualibet Mundi parte exercendi plenam licentiam & liberam poteſtatem dedimus & conceſſimus, ac libere damus & concedimus per præſentes. Denique ut idem Dom. *Hieronymus* Doctoratus poſſeſſionem cumulate videatur adeptus, præfatus *Dom. Philippus Decius* habita prius deſuper luculenta Oratione, nomine ſuo ac vice & nomine Compromotorum ſuorum & Collegarum, Doctoratus Inſignia per ipſum Dom. *Hieronymum* humiliter poſtulata, eidem ſub hac forma tradidit ..... Qui primum ſibi Librum Juris Civilis clauſum, de-

„ deinde apertum aſſignavit, Pileum-
„ que Doctoralem in ſignum coronæ
„ capiti ſuo impoſuit, & ejus digi-
„ tum annulo aureo ſubharravit, de-
„ mum pacis oſculum præbuit;
„ Deum quoque Omnipotentem hu-
„ militer oravit, ut tam præfatum
„ Dom. *Hieronymum*, quam alios
„ Chriſtifideles ſua ſancta benedi-
„ ctione benedicere & ſanctificare di-
„ gnetur in æternum. Amen. In quo-
„ rum omnium & ſingulorum fidem
„ ac teſtimonium has præſentes no-
„ ſtras Litteras fieri, & per Nota-
„ rium noſtrum infraſcriptum, de
„ præmiſſis rogatum ſubſcribi, ſigil-
„ larique Sigillo prælibati Reveren-
„ diſſimi Domini Cardinalis & Can-
„ cellarii antedicti, juſſimus & feci-
„ mus communiri. Datum & actum
„ in Gymnaſio Piſano Pratum tra-
„ ducto, in Palatio Præpoſituræ Pra-
„ tenſis, in Lodia poſita ſuper hor-
„ to ſuperiore ad ſimiles actus de-
„ putata, anno Salutis milleſimo
„ quadringenteſimo nonageſimo ſepti-
„ mo Indictione decima quinta; die
„ vero decima quarta menſis Junii;
„ Pontificatus Sanctiſſimi in Chri-
„ ſto Patris & Domini Domini No-
„ ſtri Alexandri, divina providen-
„ tia Papæ Sexti anno quinto; præ-
„ ſentibus ibidem quamplurimis egre-

„ giis, & circumſpectis viris & Domi-
„ nis, & præſertim Domino Jaco-
„ bo Nicolai de Melochiis, Franci-
„ ſco Juliani de Gionis civibus Pi-
„ ſtorienſibus, & Simone Michaelis
„ de Tucciis de Florentia Jurium
„ profeſſoribus, teſtibus ad præmiſſa
„ omnia & ſingula habitis, vocatis
„ ſpecialiter atque rogatis. Ego Fran-
„ ciſcus olim Bartholomæi de Corte-
„ ſiis de Prato, Imperiali auctorita-
„ te Notarius Pratenſis, atque Ju-
„ dex Ordinarius præfati Dom. Vi-
„ cevicarii, ac totius utriuſque Col-
„ legii & Univerſitatis Scriba Publi-
„ cus prædictis omnibus & ſingulis
„ interfui, eaque rogatus ſcribere
„ ſcripſi, & aliis occupatus negotiis,
„ hoc per alium mihi fidum ſcri-
„ bere feci. Ideo ea omnia publica-
„ vi & in hanc publicam formam re-
„ degi, appoſitis meis Signo & Nomi-
„ ne conjunctis una cum appoſitione
„ Pontificalis Sigilli præfati Reve-
„ rendiſſimi Domini Cardinalis in
„ fidem & teſtimonium omnium &
„ ſingulorum præmiſſorum. “

Extrinſecum quidem decus eſt, minime tamen prætereundum, *Hieronymum*, de quo agimus, cum præcipuis Patriæ viris, ad excipiendum *Oddonem Altovitam*, anno 1501. honorifice deputatum fuiſſe; & Prio-

rum

rum Sellas occupaſſe an. 1528. prout ex publicis Pratenſibus Diurnis accepimus; [*a*] quo munere aliiſque pro dignitate expletis, non multo poſt occubuit; idemque Cognomen nunc *Organi Comites*, jure Teſtamentariæ Diſpoſitionis ac Primogenituræ uſurpant. (*b*)

§. Præſtat nunc de finitimo quodam, ac Diæceſano, & ex perfunctoria recenſione quarumdam Familiarum Pratenſium *Jo: Baptiſtæ Comitis de Caſottis*, (*c*) aliquatenus Pratenſi, nonnihil hic dicere, nempe *de Johanne de Zanis* Piſtorienſi, ad Extraordinariam Juris Civilis Cathedram, hoc eodem anno 1497. cum lautiori Floren. centum mercede promoti. [*d*] Sed quid dicendum de Academica ejus vita, niſi quod proxime ſubſecuto anno 1498. eum ſibi ademptum Academia luxit? Plane niſi vererer, quod quidem vereor, nonagenariam circiter ei ætatem affingere, eidem, cum *Alidoſio* (præter

D 5 aſſer-

(a) *pag.* 100. & 149. &c.

(b) *Ex Schedis Dom. de Novellucciis alibi laudatis.*

(c) *Tom.* I. *Opuſculor. erudit iſ. Calogerà.*

(d) *Catalog. Extraordin. d. an. in Offic. Reform.*

aſſertos Florentinum, Senenſem, ac Mantuanum, Vicariatus) (*a*) Bononienſem quoque Lecturam aſſererem ſub anno 1436. qua ſuper re, & *Bumaldius in Minervalibus*, & *Panzirolius de Claris &c.* conveniunt; [*b*] atque in hoc ſuppoſito, dataque hypotheſi, in hoc Profeſſore noſtro *Jo: Zanio* haberemus ſcriptorem egregium *Forenſium Conſultationum*, quarum una inter Conſilia *Alexandri* edita eſt; Auctorem quoque *Annotationum ad Statuta Bononienſia*; & illuſtrem Genitorem *Vulpiani* illius *de Zanis* Prætoris Lucenſis, ac Tridentini; Poetæ ac Juris-Conſulti, qui *in Tit. Digeſt. De Juſtitia, & Jure*, & *ſuper Inſtitutionibus* commentatus fuit. (*c*) At malo, ut alias, brevius elogium conſcribere, quam ratione præd. ejus ætatis, lubrico admodum fundamento ſuperinniti.

§. XV.

(a) *Alidoſ. prælaud. de Doctor. Bonon. pag.* 118. *& in Append. pag.* 33.

(b) *D. Bumald. pag.* 120. *D. Panzirol. pag.* 358. *Orland. de S. B. pag.* 148.

(c) *Id Alidos pag.*227. *id Orland. d. loc. Jo: M. Creſcimb. T.* 2. *H. U. P.*

§. XV.

Qui Scholaſticam Logicen, Scientiarum januam dixere, ii profecto ejus naturam & conditionem probe ſunt aſſecuti; quamvis enim homines dialectici naſcantur, cum ea, quæ naturalia ſunt, non omnino perfecta ſint & expolita, artificialis Logices lumine indigent & adjumento. Quæ cum probe cognita haberent & explorata Sapientiſſimi Gymnaſii Moderatores, etiam hoc deploratiſſimo tempore, veterem conſuetudinem ſervarunt, ut plures in ſcholis, qui Juventuti in hoc Studio præſto forent, haberent paratiſſimos. Anno 1497. maximæ expectationis juvenem *Mag. Andream Turinium Piſcienſem*, cum annua mercede Floren. viginti; *Proſperum Calanum*, & *Verios* duos ad tale Magiſterium evexere. (*a*)

In prioris laudem, nimirum *Andreæ*, prætermiſſum nolo, quod a *Placido Puccinellio* in monumentis Piſcienſibus adnotatur, (*b*) eum videlicet Ferrarienſem quoque Cathe-

(a) *Rotul. Academ. in præd. Archi. Ref. an.* 1497. 1500. & 1518.

(b) *Pag.* 366. & *ſeqq.*

dram, & Patavinam, quam ex eadem ſtirpe *Balthaſſar* in Facultate Canonica, & *Joannes* in Medica occuparant, in hac ſecunda diſciplina, doctrinæ ſuæ radiis illuſtraſſe: quamvis hæc a *Ferrante Borſettio*, ejuſque acerrimo cenſore *Jacobo Guarino*, & *Nicolao Papadopolio* reticeantur. (*a*)

In hoc cum *Joh. Anton. Van Der Linden.* & *Georg. Abraham. Merchlin.* (*b*) quibus addo *Aloyſium Morerium in Dictionar. Hiſtoric.* convenit idem Scriptor, quod vir hic Arabicam, Græcam Latinamque linguam probe callens, ob inſignem Medicam Doctrinam, & Clementis *VII.* & Pauli *III.* Summor. Pontificum, & *Franciſci Valeſii* Galliarum Regis, immo & antea *Ludovici XII.* Archiater fuit. Honoraria tamen aut perfunctoria cenſenda ſunt hæc munia, ob temporum & locorum implicantiam; præſertim vero, cum indubitatum ſit ex noſtris Academicis Actis, quod, præter ſuperiorem Cathedram, etiam Theoricam Medicam anno

1518.

(a) *In Hiſtor. Ferrarienſ. Gymnaſ. & Patavin.*

(b) *De Script. Medic.* Lib. I. *in verb.* Andr. Thurin.

1518. in reparato dudum Piſano Athenæo moderatus ſit. (*a*)

Illud magis certum, ſcripta hæc poſteritati donaſſe: (*b*) *Epiſtol. adverſ. Matthæum Curtium de loco incidendæ venæ in Pleuritide* ⥫ *Libr. de Sanguinis miſſione in Pleuritide contra adverſarium Briſſotum & Manardum* ⥫ *Reſponſion. Libel. d. Curtii ſuper eod. Argum.* ⥫ *De Embrocha ſive irrigatione contra Medicos Florentinos* ⥫ *De Cauſis Dierum Criticorum, adverſus Excell. Virum Hieronymum Fracaſtor* ⥫ *De Bonitate Aquarum Fontium, & Ciſternæ* ⥫ *An in Fluxu Mulieb. &c. competant provocantia urinam* ⥫ *An in omni febre putrida competat Phlebotomia adverſus Montiſianum* ⥫ *Epiſtol. ad Clementem VII. de Cœna & Prandio, cum Quæſtion. Excell. Dini Florentini ſuper ead. mater.* quamobrem eidem vita functo in patria ſub an. 1550. publici honores decreti; (*c*) & a *Sennerto* (*d*) & a *Mangeto*, (*a*)

(a) *Rotul. d. anni* 1518. *in Libr.* V. *Offic. Reform.*

(b) *D. Merchlin. & Conrad. Geſner. in Biblioth. in verb.* Andr. *&c.*

(c) *Franc. Galeott. in Mſs. Monum. Piſcienſ.*

(d) *Lib.* II. *Med. Pract. P.* II. *cap.* 16.

to, (*a*) aliiſque qui de *Andrea* ſcripſere, ſummis ad cælum laudibus extollitur; & nos in Athenæo noſtro ſcientiæ ſuæ fama claruiſſe gloriamur.

§. XVI.

Duo per hæc eadem tempora, ex Nobili atque de Litteris benemerentiſſima Florentina Familia *de Veriis*, alias *de Verinis*, eamdem Dialecticorum Cathedram, deinde Philoſophorum illuſtrarunt; *Franciſcus* videlicet *Petri*, vulgo *Petrocchi* filius, alias *Verinus Primus* appellatus; & *Thomas* filius *Mag. Pauli*: non autem ſtipendia hic meritus *Paulus ipſe*, ut *Poccjantes*, & *Negrius* perperam adnotarunt. (*b*) *Franciſcus*, poſtquam *Oliverii Arduini* diſciplinæ traditus, in Philoſophia mirificos progreſſus habuerat, (*c*) anno 1496. diebus feſtis, Extraordinarii partes egregie obierat, inſequenti an. 1496. ſatis idoneus viſus eſt, qui Extraordinariam quidem, ſed ſtabilem & fixam Ca-

(a) *Tom.* II. *Biblioth. Scriptor. Med. P.* II. *Lib.* X.

(b) *In Catal. & Biblioth. Scriptor. Florentin. ſub reſpect. Nomin.*

(c) *Franc. Sanſovin. in Addit. ad Apolog. Florentin. Danti præmiſ.*

Cathedram occuparet, cum ſtipendio Florenorum in annum viginti: quo ei uſque ad quinquaginta adaucto, Ordinarius, de more Accademico eorum temporum, anno 1498. eſt conſtitutus. [*a*] Hiſce curriculis ſtrenue confectis, ad Philoſophiam Extraordinariam anno 1501. cum Floren. ſeptuaginta; nec multo poſt, ad Ordinariam promotum legimus: quam poſtea Piſis cum Floren. centum & triginta, denuo profeſſus eſt, poſtquam eo novam Coloniam an. 1515. deduxere; (*b*) & hic & illic cum maxima Exterorum, & Noſtratium Auditorum frequentia, & adprobatione: inter quos celebris *Jo: Baptiſta Adrianius*, (*c*) qui diſciplinæ memor de eo in Hiſtoriis honorificum poſteritati præbet teſtimonium. (*d*) Communi propterea plauſu excepta, quæ in hoc, & in alio quovis genere, partim Italico, partim Latino ſermone, concinnavit Opera; & hæc fere ſunt: In celebre il-

(a) *Rotul. Scholaſt. in Ser. Logic. dd. annor. in Tabul. Reform.*

(b) *Ibid. ſub d. an.* 1515.

(c) *Franc. Boncian. in Orat. Funebr. in laud. d. Adriani.*

(d) *Tom.* I. *Lect. Academ. Florentin. edit. Florent. an.* 1547. *in* 4.

illud Ternarium Dantis ex *XVII.* Purgat. *Nè Creator, nè creatura mai ec.* & in aliud ex *I.* Paradiſ. *La gloria di colui, che tutto muove ec.* Trse elaboratiſſimæ Prælectiones, quas poſtea publici juris fecit *Antonius Franciſcus Donius*, & ineditæ etiam; cum pleriſque aliis, in *Magliabechiana* aſſervantur. [*a*] In refertiſſima Mſs. *Stroctiana Bibliotheca* deliteſcit quoque doctiſſima ipſius expoſitio in Cant. de Amore celeberrimi Viri *Guid. Cavalcant.* cujus initium *Donna mi prega ec.* & ſi fides *Negrio* & *Poccianthio*, in aliquibus, ut alias variis, habenda ſit, olim in privata Bibliotheca *Franciſci nepotis Verini* reperiebantur hæc, & alia mere philoſophica = *Expoſit. 8. Libror. Ariſtotel. de Phyſico auditu* = *Commentar. in 4. Libr. ejuſdem de Cælo* = *Comment. in 10. Libr. Ethicor.* = *Comment. in 12. Libr. Methaphyſ.* = *Comment. ſuper 3. Libr. de Anima.* [*b*] Quibus, ex eadem Stroctiana, addere licet *Serm. de Optimo Principatu, deque ipſius magnitudine, ac de Mulieribus in eo illuſtri-*

(a) *In Claſ. 7. Cod. Mſ. 195. cui Tit.* Capitul. & Act. Acad. Humid. &c.

(b) *In Biblioth. & in Catal. de Scriptor. Florentin.*

ſtribus — *De Arte Mercaturæ* — *De pulchritudine & amore.*

Cum intellectualibus hiſce, virtutes quoque morales junxit, & præcipue ſingularem in egenos miſericordiam; [*a*] & in Urbanis Officiis obeundis, parem aſſiduitati ac diligentiæ, moderationem, juſtitiam, æquitatemque.

Ob rarum hunc, & ferme inuſitatum virtutum complexum, *Coſmo I.* celſiſſimo Etruriæ Noſtræ Moderatori acceptiſſimus, poſtquam idem, per annos 40. partim Florentiæ, partim Piſis profeſſus fuerat, nonagenarius circiter anno 1541. ad Superos evolavit, (*b*) ſolemni Funere in *Florentina Eccleſia S. Spiritus* elatus, & juſſu ejuſdem Magnanimi Principis, decentiſſima Oratione, a nobiliſſimo Excellentiſſimoque viro, pariter ejus diſcipulo, *Jo: Baptiſta Strozza publice laudatus.* (*c*)

Extat quoque Mſ. inter cetera in ipſius laudem conſcripta, *Coſmæ Bartoli* elogium, quod modo habetur in ſuis

(a) *Iidem ibid.*

(b) *Eugen. Gamurin. Tom.* V. *Hiſtor. Genealog. pag.* 201. & 205.

(c) *Franc. Nep. in Concluſ. Platon. pag.* 78. & *in Tract. de Nobilit. P.* 3. *pag.* 119.

ſuis in *Dantem Collocutionibus* impreſſum, (*a*) ac Thuſcum æque nitidum Tetradecaſtichon, vulgo *Sonetto*, quo *Anton. Franciſcus Gratinius*, vulgo *il Laſca*, prælaudatum *Jo: Baptiſtam Strozzium*, de *Verini Noſtri* morte ita ſolatur.

„ D' anni, e di ſenno, e di glo-
„ ria, e d' honore
„ Il noſtro Gran Verin carico, e
„ pieno,
„ Laſciato queſto fral' viver ter-
„ reno,
„ Vita vive hor nel Ciel, che mai
„ non muore ec. " (*b*)

§. *Thomas* interea, non degener filius ſubtiliſſimi Philoſophi *Pauli* ex eadem *Verinia Familia* (*c*) Extraordinariam Dialecticæ ſellam, quam anno 1498. vacuam *Franciſcus*, utpote ad celſiorem promotus, reliquerat, adeptus eſt anno 1499. & ſubinde Ordinariam ejuſdem Logices; & Extraordinariam Philiſophiæ, dum

(a) *In Dialog.* I. *cui Tit. il Martello*.

(b) *Inter Capit. & act. Acad.* Humidorum, *quæ poſtea ſub* Coſmo I. *in eam*, *quæ nunc* Sacra Florentina *dicitur*, *commigravit*, Claſ. 7.

(c) *Id. Pocciant. pag.* 142. *d. Catal. Script. Florentin.*

dum ille gradatim ad ſuperiores evehebatur. (*a*) Major quoque in dies, ejus exemplo & æmulatione redditus. Neque minor in hoc prudentia ac manſuetudo eluxit, quam probatiſſimus & ipſe Vir, *Petrus Delphinius* in ipſo agnoſcit, atque concelebrat in Epiſtola ad eum tranſmiſſa, in qua de Inſtituto ſuo, nempe de Camaldulenſi, benemerentem appellat. (*b*)

§. Alter *Franciſcus* Jo. Baptiſtæ filius, *Verinus Secundus* nuncupatus, & ex editis ingenii monumentis Priore forſan illuſtrior, ad Academiam noſtram pertinet; at non ad hanc ſeriem, cui propterea debitam laudem modo differo, alibi majori fenore redditurus.

§. *XVII.*

Carolus Angeli de Niccolinis, natus anno 1474. prælaudati nuper *Matthæi* frater natu minor, poſtquam obtenta a Florentina Republica venia, ut ſe, proſequendorum Studiorum cauſa, Ferrariam transferret

(a) *Act. Scholaſt. præd. ann.*
(b) *Lib. 9. Epiſtol. 62. ſub ann.* 1510.

ret (*a*) anno poſtmodum 1498. pro enucleandis Canonicis Conſtitutionibus, in Cœtum Piſanorum Profeſſorum, ea tempeſtate peregrinantium, & Florentino - Piſanam Academiam conſtituentium, cooptatus (*b*) Avitam *Equitis Othonis*, Paternam Fraternamque laudem feliciter æmulatus eſt. [*c*] Verumenim vero, cum paulo poſt, deficiente Eccleſiaſtico ſubſidio, hæ Cathedræ paulatim conticeſcerent, Familiæ ſuæ propagandæ, ducta uxore *Maria Thomæ Gini de Capponibus*; (*d*) publicis etiam privatiſque rebus dirigendis, patrocinandis adminiſtrandiſque ſe totum tradidit: in ea etiam apud exteros opinione, & præſertim apud *Carolum VIII.* Galliarum Regem, ut ſedatis inter ipſum, & Florentinam Rempublicam diſſidiis, ampliſſimis Pivilegiis, & Calcaris aurei inſignibus Equeſtribus decoratus fuerit.

(a) *Lib.* V. *Rer. Stud. in Offic. Reform. Florent. pag.* 30. *ſub an.* 1495.
(b) *Rotul. Canoniſt. d. an.* 1498. *in Memor. d. Tabular.*
(c) *Vid. Marc. Anton. Peregrin. de Fideicommiſ. Art.* 16. *n.* 114. *Joſ. Ruſtic. loc. præalleg.*
(d) *Lib. Gabell. an.* 1503.

rit. [*a*] Nota eruditis eſt *in Tomo tertio Ampliſſimæ Collectionis celeberrimorum Marten. & Durand.* Epiſtola, qua Camaldulenſis Ordinis Decus, & Ornamentum *Petrus Delphinius*, hujus *Caroli noſtri* ſententiam explorat *ſuper Penſionibus, quas ſibi, Beneficiis renunciantes reſervant*; quæ quoniam brevi lucem iterum aſpectura eſt, idcirco eam prætermitto: de aliis hujus nobiliſſimæ florentiſſimæque proſapiæ alibi acturus.

§. *XVIII.*

Benemerentiſſimum de Florentina Republica Virum, nemo inficias iverit fuiſſe *Antonium Petri de Malegonnellis*, quos poetico quodam arbitrio de Maleveſtibus appellavit *Hugolinus noſter Verinius* ubi cecinit. (*b*)

„ Quem dixere Jovis Mons, Mons
„ *Male-Veſtis* origo,
„ In pretioque fuit, nec nunc ſine
„ honore Propago,
„ Atque uno fulget præclara In-
„ terprete Legum. "

Interpres Legum, quo uſque ad eam

(a) *Georg. Vivian. Marcheſ. Galler. &c. P.* I. *pag.* 550. *&c.*

[b] *Lib.* III. *de Illuſtrat. Urb. Florent. pag.* 81.

eam Verini ætatem, maxime præſtitit, fuit prælaudatus *Antonius*: hic ſiquidem, ut Civilis Scientiæ, cui ab ineunte juventute ſedulam operam navaverat, reliquis beatam copiam facere poſſet, Publico Magiſterio inhiavit, quo compos redditus fuit anno 1498. eodemque inſequentibus aliquot potitus, cum lauto Florenorum quingentorum honorario; ac Viro plane ſummo *Bartholomæo Soccinio* Bononiam profecto, honorificentiſſime ſuffectus. (*a*)

Non diu tamen Academico hoc munere perfunctum auctor ſim; quinimmo reticendum hic minime arbitror, quod, cum experientia nimium comprobatum ſit, aliud eſſe privatim ſcire, & potenter, etiam ad communem utilitatem, conſulendo ſcire; aliud vero publice docere; &, ut hactenus cum laude conſuetum fuit, memoriter e ſuggeſtu recitare, eximius alioquin hic Advocatus (*b*) ut ipſis *Panciroli* verbis utar,

(a) *Lib. Memorial. dd. an.* 1498. & *ſeqq. in Offic. Ref.* & *Lib.* V. *pag.* 64. *necnon in Lib.* I. *Imbrev. Ser Jo. Bapt. Paganuc. in Arch. Archiep. Flor. pag.* 91.

(b) *Georg. Marcheſ. in præalleg. Volum. cui Tit.* Galleria &c. *P.* I.

utar, *Lectionibus inſuetus*, *brevi id Munus relinquere coactus eſt*. (*a*)

Diuturniori certe tempore Piſanam Cathedram rexit *Alexander*, atque *Donatus* ex eadem Familia; aſt hi, ut præſcriptam nobis methodum ſervemus, ad ſeriem hanc minime pertinent.

Ad ſuperiorem *Antonium* redeundo, benemerentiam, quam in eo prædico, hinc potiſſimum eruo, quod Patriæ indigenti pecuniam obtulit; (*b*) & Prioratu Urbis pro dignitate geſto Præturam quoque Piſtorienſem geſſit, poſtquam ibi truces diſſenſiones mira dexteritate ſedarat. (*c*) Plures pariter inſignes Legationes pro Patria obivit: inter quas memoratu digniores cenſentur Mediolanenſis, quam ſuſcepit in ea Urbe, cum ſupremo Vicemgerente Caroli *VIII.* Galliarum Regis, de graviſſimis rebus collaturus; (*d*) Lucenſis, in controverſia quadam Finium Regundorum, ubi

cum

(a) *In Elog. Philip. Decii pag.* 245. *Edit. Lipſ. an.* 1721.

(b) *Bened. Varch. Lib.* X. *Hiſtor. Florent. pag.* 318.

(c) *Ab Gamurrin. Tom.* IV. *Genealog. pag.* 200. *Michael. Salv. P.* 2. *pag.* 469.

(d) *Scip. Ammir. Hiſtor. Lib.* 27. & 28.

cum degeret, in Codice Pergameno prælaudati *Jo: Baptiſtæ Dei*, extat Florentinæ Reipublicæ Epiſtola, ad eum tranſmiſſa; (*a*) ſicuti alia quædam extat in *Cod. Magliabechiano* ad ejus Urbis Proceres, quos *Antianos* vocant; unde nefas ſit in Commiſſarii noſtri laudem, tale fruſtulum non excerpere (*b*) „ *Illuſtriſſimis &c.*
„ Præterea preghiamo di nuova de-
„ terminazione delle differentie tra
„ quelli di Collodi, e Peſcia, di S.
„ Piero in Campo, e della Strata
„ ſopra Collodi, item quelli di Mon-
„ te Chiaro con quelli di Monte Car-
„ lo, & alcune altre, delle quali tut-
„ te pienamente V. E. poſſono ha-
„ vere inteſo dal Magnifico e Pre-
„ ſtantiſſimo Doctor Meſ. *Antonio Ma-*
„ *legonnelle*, e da ſua M. haver ha-
„ vuto chiara notitia delle buone ra-
„ gioni de' noſtri huomini, che *co-*
„ *me Dotto e buono e giuſto huomo* non
„ dubbitiamo harà riferito il vero di
„ quello che è &c. &c. *Ex noſtro Pa-*
„ *latio Die* 3. *Decembr.* 1490. "

His addo Romanam bis ſuſceptam; primam quidem an. 1499. pro qua, intermiſſarum Prælectionum jure merito-

[a] *Pag.* 5. *d. Volum. Mſ.*

(b) *Claſ. Mſs.* 30. *Cod.* 28. *num.* 18, *&c.*

ritoque donatus fuit a Studii Moderatoribus indulto ; (*a*) ſecundam vero initam an. 1503. cum *Matthæo Strozzio*, cum *Coſma Pactio*, *Franciſco Hieronymo*, *Thoma Soderinio*, *ad Sum. Pontificem Julium II.* pro adepto Chriſtiani Orbis Principatu, publicæ gratulationis occaſione : quo officio cum ceteris perſoluto, expediendorum graviſſimorum negotiorum cauſa, ſolus in ea Legatione permanſit. (*b*)

Antequam autem poſtremam hanc perſonam indueret, perpetuo Vexilliferatus honore jam dignus habitus fuerat, inter ſexaginta ſelectiſſimos cives Gubernio apprime aptos & idoneos, eoque facile inſignitus, ſi ad ternarium numerum re de more redacta, æmulo tantum *Joacchimo Guaſconio* uſus fuiſſet ; at *Petrus Soderinius*, in communi opinione ; externorum quoque ſubſidiorum ſpe & expectatione præpollens, palmam utrique præripuit. (*c*) Vota hæc,

E quæ

(a) *Ex Lib. Reform. Florent.* V. *pag.* 56.

(b) *Id. Abb. Eugen. Gamur. Lib.* IV. *Genealog. Hiſtor.*

(c) *Jacob. Nard. Hiſtor. Florent. Lib.* 4.

quæ in ſiniſtrum abjere, niſi merita augent, certe præſupponunt.

§. XIX.

Ut inter ampliſſimos utriuſque Lycei Moderatores, paucis retro elapſis annis, ſumma prudentia aſſederat *Dominicus Caroli de Pandulphinis*, de quo in præcedenti Serie actum (*a*) ita ſumma idoneitate, licet cum exiguo Florenorum vigintiquinque ſtipendio, inſtruendæ in Civilibus Legibus juventuti præfuit *Franciſcus Bartholomæi Filius*. (*b*) Obvia fiunt hæc in monumentis Academicis in Tabulario Florentino Reformationum, quæ nuncupant *Rotulos*; & in Archiepiſcopalibus pariter Florentinis in Libro I. quem appellant Librum *Imbreviaturarum F. Jo: Baptiſtæ Paganucci*, qui ſub an. 1503. poſt enumeratos prædictum *Franciſcum de Pandulphinis*, *Nicolaum de Oricelariis*, *Ludovicum de Accajuolis &c.* ita ſubdit: *Cives & Advocati Florentini in Almo Studio Piſano ad Civitatem Florentiæ in præſenti translato Legentes*. Poſt

(a) *Pag.* 88. *Opuſc. cui Tit.* Academ. Rer. Series Nona.

(b) *Rotul. Scholaſt. an.* 1498. *& ſeqq. in Claſ. Civil. Profeſſ.*

Poſt hæc nihil aliud de nobili Profeſſore dicendum ſuppetit, niſi quod, ducta uxore *Geneva Marchia*, maſculum ſuſcepit nomine *Bernardum*; & quod anno 1508. & 1513. Prioris dignitate perfunctus fuit: (*a*) quo decentiſſimo munere, immo etiam alio ſublimiori Vexilliferatus, etiam alii Majores inſigniti reperiuntur; ſignanter vero *Eques Carolus*, qui *Bartholomæum Franciſci* noſtri patrem ex *Hippolita Jacceta* procreavit. (*b*) Plura, qui de nobiliſſima hac agnatione deſiderat, præter memoratos Scriptores, adeat *Ferdin. Ab. Ughel. Tom. I. & III.* (*c*) *Placid. Puccinel. in Memor. Sepulcral. Abb. Flor. PP. Caſſin.* ubi Inſignia Gentis, Inſcriptiones &c. adeo ut de ea a *Verinio* (*d*) merito ſcriptum ſit: *Egregiis ornata Viris, opibuſque beata.*

(a) *Scip. Ammir. in Famil. Flor. ac Hiſtor. lib.* 23. *& Ab. Gamur. Tom.* V. *pag.* 105.

(b) *Id. Ammir. in Fam. Cattan. p.* 13.

(c) *Inter Piſtorienſ. & Trojan.*

(d) *Lib.* III. *de Illuſtr. Urb. Flor. pag.* 69.

§. XX.

Diverſum ab *Oliverio Arduino*, quem ſupra commemoravimus; (*a*) diverſum ab *Oliverio Sacromoro*, quem in hunc noſtrum ordinem, abſque Publicorum Monumentorum luce, intrudit *Julius Negrius* rerum noſtrarum magis ſtudioſus, quam peritus, (*b*) Antiquitatum Academicarum ſolertibus indagatoribus nunc exhibemus *Mag. Oliverium* Patria *Senenſem*, *Mag. Michaelis*, neſcio cujus, filium, Profeſſione *Medicum*, et adſcititio docendi munere, *Moralis Philoſophiæ Præceptorem*. (*c*) Quod plurimum in Medica Facultate valeret, ex eo conjicimus, quod ad ipſum Florentiæ ſiſtendum, ubi nulla umquam Peritorum Hominum penuria fuit, Florentinæ Civitatis Juribus, vel ab anno 1474. donatus fuerit, publicoque Decreto ſancitum quod (*d*) *ejus filii legitimi ac na-*

(a) *In Opuſc.* 7. *cui Tit. Elog. &c.* §. 4.

(b) *In ſuo Oper. de Scriptor. Flor. pag.* 344.

(c) *Rotul. an.* 1498. *& ſeq.*

(d) *Legitur tale Indultum in Volum. Flo-*

naturales, tam nati, quam naſcituri per lineam maſculinam, ut veri Originarii Cives Florentini & gaudeant, & tractentur, & reputentur. Quod autem in Ethicis præſtaret, non tam hujuſce materiæ e publicis Roſtris edocendæ ei provincia demandata anno 1498. & ſtipis acceſſio facta, nobis palam faciunt, quam quæ reliquit ſcripta, quæ plane digna poſtmodum habita fuerunt, ut inſignem *Medicco-Laurentianam* Bibliothecam referrentur. Extat in Pluteo *LXXXII*. Cod. 21. Membranaceus, qui, teſte oculari *Clariſ. Montfauconio*, [a] præſefert hunc titulum = *Tractatus editus ab Oliverio Senenſe de Deo & Rerum Naturalium principiis, & ſumma Beatitudine*, in cujus calce legitur = *Oliverius Senenſis artium & medicinæ Doctor digniſſimo Equiti V. J. Conſulto præclariſſimo Domino Dominico de Martellis Tractatum hunc edidit, in quo determinatur* = *I. de Deo quid dicendum ſit ſecundum omnes poſitiones & Veritatem. II. De Creatione Rationalis Creaturæ, & Angelorum Cuſtodia* = *III. De rerum omnium naturalium princi-*

Florentin. Reformat. ſign. Litt. Q. ſub die 26. Auguſt. an. 1474. *præcit.*

[a] *In Biblioth. Bibliothec. Mſs. Tom.* I. *pag.* 400.

cipiis ⇌ *IV. De æternitate Mundi , & ejus creatione* ⇌ *V. De ideis & formis exemplaribus* ⇌ *VI. De Summa beatitudine & fine Summi boni* ⇌ *VII. De Morali Sapientia & virtutibus moralibus* ⇌ *VIII. De rationali ſcientia atque ejus utilitate* ⇌ *IX. De naturali Philoſophia ejuſque laudibus.* ⇌ *X. De Medicinali ſcientia & ipſius origine. Tandem de uno Solo Deo, & Trino, per quem omnia facta ſunt, a quo dependet Celum & tota Natura, qui vivit in ſecula ſeculorum Amen.* Si qua alia de ipſius cognomine, geſtis, obitu deſiderentur, in notis, ut ſperare licet, uberioribus edentur.

§. XXI.

Magno ingenio præditum Virum, qui Phyſicam ſimul Metaphyſicamque edoceret, cum tenui illius pecuniæ erogatione, quam pro Piſana potius expeditione reſervabant, non aliunde educendum putarunt Moderatores Academici, quam ex Clauſtris, ubi ex voto paupertatem profitentur, atque idcirco liberius ſtudiis incumbunt, & ſoli, ut plurimum, Deo placere ſtudent, ac proximis opitulari. Talis mehercle extitit *Mag. Jacobus de Montefalco* vulgo dictus, utpote patriam ſortitus, ex

plu-

pluribus hujus nominis locis, eum *Montem Falconem*, qui in Umbria eſt, in Diæceſi Spoletana. Fuit hic ex Schola & Familia inclyta *Auguſtinianorum*, ſub anno 1498. in hunc noſtrum Philoſophantium ordinem cooptatus; [*a*] atque in Theologicis etiam Diſciplinis præſtitiſſe, id argumento eſt, quod Theologorum quoque Piſanorum Florentinorumque Collegio adſcriptus invenitur. (*b*) Neque ſemel ei a Gymnaſiarchis permiſſum, ſubſtituto in Legendi munere *Fr. Galgano Ordinis Minor.* cujus pariter illuſtris Collegæ noſtri honorifica mentio habita eſt (*c*) diverſa Etruriæ oppida, concionando circumire [*d*]. Interiit autem Publico Bono ſapientiſſimus hic Vir, pientiſſimuſque anno ſalut. 1527.

(a) *Catalog. Profeſ. Philoſoph. præd. an.* 1498. *in Tabul. Reform. Flor.*

(b) *Lucas Joſ. Cerracchin. in Faſt. Theolog. Florent. pag.* 208. *Volum. Capitul. ac Conſtitut. Theolog. in Cœnob. Piſ. PP. Carmel.*

(c) *In Opuſc.* X. *cui Tit.* Commentar. *§.* 19. *pag.* 127.

(d) *Volum.* V. *Rer. Stud. in præd. Arch. Flor. pag.* 60. *&c.*

§. XXII.

Dialectica, quæ quondam in Chryſippo, Stoicorum Porticum fulcire credita eſt; (*a*) at quæ, re vera, etiam Theologorum & Juriſprudentum Atria fulcit; non ſecus ac ſi labantes quoque Academiæ ſpes ſuffultura eſſet, pluribus ac ſubinde pluribus Explanatoribus, ex Decreto Gymnaſiarchorum, impenſius excoli cæpit ac promoveri. Mortuo ſub anno 1499. *Mag. Johanne Nicolai Veneto Carmelita*, in hoc genere ſtudiorum percelebri, cujus Scripta & Epitaphium jam retulimus; (*b*) immo etiam ante, eodem ægrotante ac ſenſim deficiente, *Frat. Orlandus Dominici Florentinus ejuſdem Ordinis, Die* 13. *Aprilis* 1498. in ipſius locum ſuffectus eſt, (*c*) receptis prius Baccalaureatus Inſignibus; & deinde Magiſterii, ſub-Decanatu *Mag. Angeli Andreæ de Cataſtinis*, de quo pariter

---

[a] *Diog. Laert. Lib.* VII. *de Vit. Philoſ.*

(b) *In Opuſc.* VI. *cui Tit.* Recenſio *&c. pag.* 58.

(c) *Rotul. Scholaſt. d. an.* 1498. *in præcit. Tabul.*

riter actum. (*a*) Extraordinariam prius Cathedram rexit, & gradatim Ordinariam; ſibique ad Prioratum Florentini Cænobii, prudentia ſua viam ſtravit; intra ſepta ſuæ Religionis majora conſecuturus, niſi anno 1508. e vivis exceſſiſſet. (*b*)

Per hæc eadem tempora, inter dialecticos receperunt etiam *Mag. Auguſtinum*, vulgo *di Banco* Florentinum, qui poſtea ſub an. 1518. in reparato rurſus Gymnaſio, in Serie Medicorum invenitur; (*c*) & *Nicolaum Coſtæ de Telluccis nobilem Miniatenſem*; & *Mag. Joannem Andream Regienſem, ex Ordine Eremitarum D. Auguſtini*; & *Julianum Caſſium Ludovici filium Amburgenſem* origine: ex qua Familia poſtea floruit *Andreas* Medicus inſignis. (*d*)

Hos omnes, turmatim recenſitos, exiguis penſionibus aſſignatis, ſyllogiſticam Artem publice edoce-

(a) *In Ser. 9. §. 16.*

(b) *Volum. ſign.* ✠. *in Arch. Flor. Convent. Carmelit. pag. 58. & Cerach. 207.*

(c) *Lib. Memor. in Tabul. Reform. ſub d. an.*

(d) *Jo. Linden. Renovat. in Spicileg. omiſſ. pag.* 1087.

re conſtituerunt : (*a*) quæ quidem pro certis trado; & ſi in ſingulorum præclare geſtis, ſcriptiſque detegendis nunc deficio, nemo mihi ſuccenſeat; nemo voluntatem laboreſque meos carpat, qui textum interim evulgo; aliiſque in meſſem hanc ſterilem, iterum faciliori notularum quarumdam ſubſidio falcem immiſſuris, meliorem in inveniendo ſortem auguror.

§. XXIII.

Carolus Antenoreus, Sacros Canones in Academia Piſano-Florentina extra Ordinem profitendo, poſtremum hujus decimi quinti ſæculi annum ornavit, & ſubſecuto initium præbuit auſpicatiſſimum. Et oh utinam diutius & is, & Academia, in eo rerum ſtatu perſtitiſſent! (*b*) Natus is anno 1470. prout ex domeſticis monumentis innoteſcit, (*c*) ex *Tho-*

(a) *Ser. Logic. ab an.* 1498. *ad an.* 1502. *in præd. Arch.*

(b) *Rotul. Canoniſt. an.* 1499. *& ſeq. in Offic. Reform. Flor. & ibid. Lib.* V. *Rer. Stud. pag.* 186.

(c) *Arb. Gentilit. ap. eruditiſ. & humaniſ. Equitem Cajetanum Antinorium Im-*

Thoma, principe in Republica Viro; nec ſemel poſtea ſupremo Vexilliferatus honore perſuncto; necnon ex *Alexandra Bencia*, nobili lectiſſimaque matre, ſub diſciplina præſtantiſſimi viri *Angeli Politiani*, in maximam gloriæ ſpem & expectationem adolevit, (*a*) Latinis Græciſque litteris ornatus, in ipſo juventutis flore, potuit celeberrimo Nuceræ Epiſcopo *Guarino Camerti*, *Theſaurum Cornucopiæ*, & *Adonidis Hortos* adornanti, ſuppetias ferre. Teſtis omnium locupletiſſimus *Aldus Manutius* in Præfatione laudatiſſimo huic Operi præmiſſa, cujus hæc ſunt verba: *Primus labor in eo fuit Guarini Camertis, & Caroli Antenorei Florentini, hominum multi Studii, ac in Græcarum litterarum lectione frequentium*. (*b*) Præluxerat eidem *Manutio Politianus*, qui *Varinum ipſum* ad iſtius Operis editionem hortando, *Carolum* in eo labore ſocium *Honeſtum Adoleſcentem* vocat, *in ea lingua cum paucis excel-*

E 6 *len-*

Imperial. Conſiliar. & in Flor. Conſeſ. Belli Paciſq. a Secretis.

(a) *Id. Polit. in Epiſtol. 7. Frideric. Ot. Menck. in Vit. Polit.* §. 5. *pag.* 76. & 88.

[b] *Vid. integr. Epiſtol. in Diar. Italic. T.* 19. *Art.* 4. *pag.* 106. &c.

lentem, & tunc temporis *accerrime philoſophantem*. (*a*)

De Studiis Canonicæ Juriſprudentiæ, nulla ibi mentio; & veriſimile eſt nondum ea ſuſcepiſſe quandocumque eam Epiſtolam exaraverit *Politianus*; & certe ante annum 1494. quo obiit. (*b*) Ceterum in ea quoque excelluiſſe *Antenoreum*, id argumento eſt, quod, ubi potiſſimum de ſubſtinendo labanti hoc Gymnaſio, & de neceſſitate implorandi Pontificiam liberalitatem pro novo Decimarum ſubſidio, ad Juris Pontificii Cathedram fuerit evectus, cum exiguiori quidem honorario, quam Excellentem Virum deceret, videlicet cum Florenis triginta annuis, (*c*) cum ita calamitoſiſſima eorum temporum conditio ferret.

His jecerat ſibi ad celſiores dignitates firmiſſimos gradus; atque interim Prothonotarii Apoſtolici honore inſignitus, ex benigno indulto *Julii II. Pont. Max.* ſub die 8. Januarii 1503. Archipresbyteratu Collenſis Ec-

(a) *In Epiſtol. præfix. d. Oper. Edit. Venet.* 1496. & 504 *ad* Varin. *Cam.&c.*

(b) *Id. Menck.* §. 20. *pag.* 459. & 466.

(c) *In præd. Arch. Reform. & in Tabular. Montis Commun. ad an.* 1499.

Eccleſiæ fuerat potitus. (*a*) Sed quid? Uti fallaces, nullo non tempore, fuerunt hominum ſpes, dum Florentiæ diverſabatur eodem an. 1503. duobus circiter menſibus poſt eam dignitatem adeptam elapſis, gravi morbo correptus bonis omnibus triſte ſui deſiderium moriendo reliquit; (*b*) præſertim vero Collenſi Urbi, quæ per Nuncios ſuos, tunc temporis Florentiæ degentes, univerſæ Familiæ, ingentem mærorem ex hac immatura morte conceptum, conteſtata eſt: (*c*) e quibus obiter innoteſcit quantum a vero aberret *Pocciantes*, qui anno 1540. e vivis exemptum memoriæ prodidit. (*d*)

Non defuere ſubinde alii, ex conſpicua agnatione, qui Piſani Lycei, poſtea magnificentius inſtaurati, decus auxerunt; vel præſidendo, ut po-

---

(a) *Monum. in Arch. Mſs. Eccl. Collenſ. & Commun.*

[b] *Lib. Emortual. in Arch. Med. & Pharmacop. Flor. an.* 1503. *ibi ſub die* 9. *Martii : In* S. Spirito le Meſſe di M. Carlo Antinori.

(c) *In præcit. Monum. Collenſ. Communitat.*

(d) *In Catal. Scriptor. Florent. pag.* 36. *in verb.* Carolus.

poſtrema hac ætate Nicolaus; (*a*) vel egregii Alumni partes explendo; (*b*) vel Piſani Archiepiſcopi, atque ita Magni Cancellarii inſigne munus obeundo, ut jampridem *Ludovicus*, (*c*) aut denique ipſas Profeſſorias Sellas, magna nominis celebritate occupando, ut *Fridericus*. (*d*) Verum de his alibi opportunius.

§. XXIV.

Hereditariam in *Mag. Bandino*, quem in numerum Medicinæ Profeſſorum relatum legimus anno 1501. cum ſtipendio Florenorum quinquaginta, [*e*] ejuſdem Artis peritiam profeſſionemque dixeris; nam & *Bernardus* genitor, & *Bandinus Bandinuccius* avus, & *Johannes* abavus, non ſine ingenti laude & quæſtu, eam exercuere: quorum omnium genus eru-

(a) *Lazzar. Bened. Miglioruc. Inſtit. Canonic. T.* I. *in Præf. pag.* 12.

(b) *Lib.* 4. *Doctor. in Archiep. Arch. pag.* 62. 83. *&* *Lib.* 20. *pag.* 68.

(c) *Franc. Orlend. in P.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 78. *in* Ser. Archiep. Piſ.

(d) *Rotul. & Lib. Partit. in Tab. Univ. Piſ. an.* 1553. *pag.* 112.

(e) *Ser. Medic. d. an.* 1501. *ex Lib. V. Reform. pag.* 189.

erudit. *Dominicus M. Mannius*, communicatis ſtudiis cum nobili, & Antiquarum Rerum perito Viro *Jo: di Poggio Baldovinetto*, a *Banduccio* quodam *Pratenſi* deducunt. Videnda quæ circa eorum Gentilitia Inſignia, Connubia, Honorificos Gradus, Studioſis relinquimus ea, quæ ex *Clariſ. Canonico Salvinio in IX. Sigillorum Tomo*, diligentiſſime congeſta habentur; (*a*) neque enim nobis in hoc Genealogiarum ſtudio, ob cohærentiam multoties eorumdem temporum ac nominum, pleno ambiguitatum & æquivocorum, verſari ex profeſſo umquam libuit; & hoc uno circa *Bandinum* noſtrum adjecto, quod idem paulo poſt, in eodem docendi genere, ſed cum longe majori (ex quo quidem præſtantiam aliquam arguas) Florenorum ducentorum mercede, Collegam habuit *Mag. Bartholomæum Corſum Piſanum*, alibi *Corſettum* appellatum, (*b*) ad alios paucos, qui in præſenti ſerie ſuperſunt, ex ordine properamus.

§. XXV.

(a) *Sig. XII. pag.* 141.

(b) *D. Catal. in Arch. Reform. ad an.* 1502.

§. XXV.

Eximium Platonicum, neque vulgarem Ariſtotelicum, concelebrare nunc opportune juvat *Seniorem Franciſcum Zenobii Vexilliferi Florentini*, & *Leonardæ Venturiæ* Filium, a pervetuſto eorum originis ac Dominii loco, *Franciſcum Cattani de Diacetto* nuncupatum; (*a*) ad differentiam alterius *Cattani Imolenſis*, qui, ſub nomine *Mag. Andreæ*, Phyſicam apud Nos, eodem tempore, profitebatur. (*b*)

In *Franciſci noſtri* laudes effuſiſſimi ſunt *Bened. Varchius*, *Euphroſin. Lapinius*, *Jacob. Nardius*, *Jacob. Gaddius*, *Pocciant. Negrius*, *Ghilinius &c.* & jam pridem, ipſius Præceptor Ficinus; [*c*] & ipſius ortum communiter ſignant anno 1466. Die 16. Novembris; obitum vero Die 10. Apr. an. 1522. (*d*)

Ne

(a) *Scip. Ammir. in Fam. pag.* 12. *Ab. Gamur. Tom.* I. *Genealog.*

(b) *Rotul. an.* 1501. *in præcit. Volum. Reformat.*

(c) *In Oper. alibi alleg. & Ficin. in Parmen.*

(d) *Ammir. & Gamur. ibid. Aloyſ. Morer. in verb.* Jacob. Jaccet. *Egnat. Ur-*

Ne actum igitur agere videar, addam quod plerique tacent, & ex noſtris monumentis eruitur, nempe in Piſanorum Profeſſorum Cœtum, qui tunc temporis, occaſione Piſanæ Rebellionis, Florentiæ degebant, adſcitum anno 1502. [*a*] & in ipſa *Ficini* Cathedra, qui fato ceſſit anno 1499. [*b*] non ſtatim quidem, ſed eo, quem ſupra ſignavimus anno, merito collocatum.

Honorarium ei decretum, pro docenda Morali Philoſophia, ab initio ducentorum, poſtea Florenorum trecentorum fuit; oblatumque ſibi majus in Patavino Gymnaſio, fautore in primis *Cardinali Cornaro*, ut civibus ſuis docendo prodeſſet, conſtantiſſime renuit. (*c*)

Turmatim ad ejuſdem Scholam convolatum, neque minus ad privatas ejus ædes, ad quas bono cuique facillimus patuit acceſſus; præſertim ve-

---

Urſin. in Pictur. Medic. Muſ. & in Nov. Litter. an. 1745. *n.* 29.

(a) *Rotul. præd. an.* 1502. *in eod. Florent. Tabular.*

(b) *Jacob. Gad. de Scriptor. pag.* 160. *Pocciant. in præcit. Catal. Florent. Philip. Lab. in Diſſert. Hiſtoric. ad Bellarmin.*

(c) *Bened. Varch. in Vit. prælaud.* Franc. *edit. a Gabriel. Jolit. an.* 1561.

vero patrueli *Franciſco*; &, ex remotiori agnatione, *Jacobo Jacceto*; *Juniori Ficinio*; *Antonio Alberto*; *Petro Victorio*; *Donato Jannoctio &c.* ut quam excellentem doctrinam ſubſpiciebant, moribus quoque expreſſam in decenti cultu, in graviſſimis ſermonibus, jocoſa nonnumquam urbanitate perfuſis, in honeſtiſſima Familiæ educatione, admirarentur. (*a*)

Familia tredecim filiorum fuit, ſex videlicet feminarum, ſeptem maſculorum, quos e nobiliſſima, prudentiſſimaque femina ſuſcepit *Lucretia Caponis de Caponibus*, quam ei circumſpecta Genitrix, de Familiæ conſervatione ſollicita, adhuc adoleſcenti, honeſtiſſimo conjugio copularat; dum Piſis, Studiorum cauſſa, commorabatur, *Oliverium Arduinium*, præ ceteris, auſculaturus. (*b*) Horum nomina, ſtudia &c. late recenſent *Varchius*, atque *Lapinius*. (*c*) Nobis tantummodo nefas ſilentio prætermittere, ex *Dionyſio* Filio, progenitum *Fran-*

(a) *Præcit. Scriptor. dd. loc.*

(b) *Franc. Sanſovin. in Addit. ad Apolog. Dant. Oper. præmiſ.*

(c) *Varch. in præcit. Vit. Bac. Valor. nuncup. Lap. in Vit. præmiſ. d. Edit. Baſil. an. 1564. Bernard. Salviato S. R. E. Card. dicata.*

Franciſcum juniorem, ex Florentino Canonico, in locum *Angeli* ejus Patrui, ad *Fæſulanum Epiſcopatum*, a Ss. Pont. *Pio V.* merito promotum, cujus doctrinam maxime produnt Opera, quæ typis edidit, & late recenſet, præ ceteris, idem *Poccian-tes* præallegato loco. Redeundo autem ad *Seniorem Franciſcum*, illud mirandum ſubit, quod ipſi tam perdifficilis Œconomica res, & *ſolicitudinum faſcibus obruta*, ut ipſemet ait (*a*) impedimento minime fuit, quominus multoties ſibi delata, vel forte fortuna obventa Reipublicæ gubernacula ſuſciperet; (*b*) aut quominus Philoſophiæ ſimul operam navaret; conſcribendiſque ſelectiſſimis Operibus, quæ in locupletiſſima Baſilienſi Editione utiliter collecta leguntur; & ſunt ſequentia „ De Pulchro „ Libri tres ad Pallantem, & Jo: „ Oricellarios = De Amore Libri „ tres cum Panegyrico in Amorem „ ad Joan. Corſium, & d. Pal. Ori- „ cel. = In Politic. Platonis Para- „ phraſ. = In Divini Platonis Sym- „ poſium Enarratio, ad Clementem

„ *VII.*

(a) *In Epiſt.* 9. *ad Chriſtoph. Marcel.*

(b) *Id. Ammir. Hiſtor. P.* II. *ad an.* 1520. *&c.*

„ *VII.* Pont. Max. = Paraphraſis in
„ 4. Libr. Ariſtotel. de Cœlo &c.
„ ad Leonem X. = Paraphr. in Ari-
„ ſtot. Metereolog. Libr. *I.* = In
„ Libr. Ariſtotel. de Moribus Præ-
„ fat. = Epiſtol. 1. Ad Bernard.
„ Oricel. in qua Boetii Carmina de
„ Animæ natura, ac motu explican-
„ tur = 2. Vincentio Quirino, in
„ qua Studium ſuum erga Platonem
„ declarat = 3. Germano Ganonien-
„ ſi, ubi de Chriſtianæ Religionis
„ cum Platonica Philoſophia Con-
„ venientia, & Diſcordia differit =
„ 4. Jo: Oricellario, ubi Quid Cœ-
„ lum, Saturnus, Juppiter lignificent
„ apud Platonem, vetereſque Theo-
„ logos explicat = 5. Bindaccio Re-
„ caſulano de Anno Magno Plato-
„ nis &c. = 6. Bernardo Oricella-
„ rio Sanitas Hominis quæ vera ſit
„ = 7. De Loci Natura ex Platon.
„ & Ariſtotel. ſententia = 8. Chri-
„ ſtophoro Marcello Protonotario
„ Apoſtolico de Vehiculo Animæ &c.
„ = 9. Eid. Chriſtoph. de Sphæra-
„ rum Cœleſtium numero &c. = 10.
„ Petro Quirinio Heremitæ. = Pa-
„ raphraſ. in Amatores Platonis &
„ in Theag. &c. = Orat. in Fune-
„ re Laurentii Medic. Urbini Du-
„ cis. "

Omnia Platonicam quidem redo-
lent

lent doctrinam, *in quibus*, ut legitur apud eruditiſs. *Jacobum Bruckerium* de præd. ejus Operibus loquentem, [*a*] *in quibus Syncretiſmo Platonico-Peripatetico faviſſe recte obſervatum eſt &c.*

Optaſſem iis, quæ conſcripſit ſuper *Tribus Poſterioribus*, ex *Quatuor Libris Metereol. Ariſtot.* & *ſuper Octo Phyſic. plurimiſque de Latino in Thuſcum Idioma Verſionibus*, quas prælaud. *Varchius*, & *Ammiratus* in præd. locis, deliteſcere conqueruntur, facem aliquam præferre; aditumque Litteratis Viris, locum ubi latitant, indicando patefacere. Verum cum nec *Clariſ. Montfauconius*, neque alii recentiores, qui de Mſs. Operibus egerunt, nobis ſuppetias tulerint, doleo diutius Benevolum Lectorem defraudatum iri.

Quod unum per me licet, ineditam Epiſtolam profero, (*b*) qua *Philoponus*, nempe *Stephanus Sterponius Piſcienſis*, laudatiſſimus & ipſe Vir, de Litteris humanis, ineunte ſæculo 16. egregie meritus, *Diacceto* noſtro,

(a) *Tom.* IV. *P.* I. *Cap.* 4. *inſcript. de Reſtaurat. Philoſ. Pythagoreo = Platonico = Cabballiſticæ §.* 2. *pag.* 355.

(b) *Ex Mſ. Philop. nuper apud* Clariſ. Canon. Salvinium *pag.* 98.

ſtro, de non vulgari præmio a Sum. Pont. Leone X. ob ei dicatum præd. Op. *In 4. Libr. Ariſtot. de Cœlo &c.* recepto gratulatur. Tenor Epiſtolæ, quæ exigui elogii noſtri ingens corollarium ſit, huſcemodi eſt „ *Philoponus Franciſco Diaceto ſuo Salut.*
„ Gratulor tuæ præſenti expectatæque virtuti, *Diacete mi doctiſſime*, „ quod non minus tibi (ut audio) „ utilitatis his diebus, quam dignitatis attulit; idque apud Leonem „ X. Pont. Max. qui ut munificentiſſimæ ſuæ naturæ memor tuarumque virtutum, voluit tandem „ aliquando in te uno viro apprime „ honorato & culto doctis omnibus „ apertiſſime declarare, cum quanti „ faceret bonas artes, tum quanto „ haberet in precio ſummo ingenio „ viros virtuteque præſtantes. Quod „ etſi non ſecus fore arbitrabamur „ (numquam enim ſum veritus, „ quod brevi aliquod honeſtiſſimæ „ frugis ex tot tuis tantiſque laboribus atque vigiliis collecturus eſſes, nam ut ita cenſerem, ſumma „ tua virtus ſummaque doctrina mihi perſuaſerat) tamen eo magis tibi gratulor tantum virtutis tuæ „ meritum, quo id amplius ac dignius benemerito ſucceſſit ad votum. Quare & Catonis illud ſa-

„ pien-

„ pientiſſime dictum jam ſervari video prudentiſſime ab optimo ſummoque Pontifice, eos ſcilicet largiri virtutes juventuti, qui præmium virtutibus largiuntur; & tibi viro mehercule peritiſſimo contigiſſe, quod tantopere celebratur a ſapientibus, nullam denique virtutem ſuo præmio nudam, nihilque eſſe demum apud mortales virtutum ornamentis illuſtrius, nihil dignius, nihil utilius, nihil præclarius, nihil denique divinius. Quare cum ingenii & doctrinæ ea ſis magnitudine, ut doctorum noſtri temporis nemini cedas, jure quodam optimo iſtud muneris tibi donatum eſſe video, quod & Deos Immortales fortunare tibi volumus, & ut majora in dies tibi pro virtutibus tuis afferant, vehementer optamus rogamuſque. Vale Philoſophorum qui vere philoſophentur princeps, noſque ama, ut facis, & ad nos quam opportune & quam celerrime redire velis. Venies enim (mihi crede) non mediocriter exoptatus. Ex Florentia Calendis Maiis *MDXVIII.*“

§. XXVI.

§. XXVI.

Plura, nec obvia, nec contemnenda, de illuſtri Piſana Familia *de Vecchiano* protulimus ubi de *Joanne*, ac *de Mariano* locuti ſumus, [*a*] alia, ubi ad proxime anteactum ſæculum devenerimus, prolaturi. [*b*] Jam vero ex hac eadem conſpicua cognatione prodiit *Carolus*, de quo ſumus in præſentiarum breviter, & ex ordine acturi. Patrem nactus *Antonium* Civilibus muneribus in Patria functum [*c*] poſtquam humanioribus litteris fuit ſatis inſtructus, totum ſe Philoſophiæ, ac Medicinæ Studiis addixit: in quorum primis, Lector Feſtorum Dierum anno 1483. deſignatus, pulcherrimum exhibuit experimentum. [*d*] Æque perfectum ac

(a) *In Opuſc.* 4. de Fato &c. *§.* 14.

(b) *D. ætat. floruit* Eques Bartholomæus, *cujus aliorumque extat Collectivus Libellus edit. Piſ. an.* 1661. *Typ. Franc. Honuphry in obit.* Aud. Alex. Victorii, *inſcript.* Lacrym. Equeſtris Ordinis &c.

(c) *Eq. Franc. Paule in Catal. Mſ. Piſan. Familiar. ap. Nob. Hered.*

(d) *In Ser. Extraord. in Arch. Reform. ſub d. an.* 1483.

ac numeris omnibus abſolutum de ſe ſpecimen præbuit anno 1485. quo, Promotoribus *Marco Antonio Faventino*, *Bernardo Tornio Florentino*, *Chriſtophoro Francuccio de Arretio*, *Laurentio Laurentiano*, a nobis alibi commemoratis, longe difficilius, quam nunc ſit, Doctoratus ſubiit examen. (*a*) Poſt hæc, ita ſtudiorum, honeſtatis, ac prudentiæ laude inclaruit, ut a ſuis non minus, quam ab exteris, magno in pretio haberetur: quamobrem, ineunte novo ſæculo, Publica ad Lucenſes ei Legatio demandata; (*b*) nec multo poſt a Florentinis, quamvis ea tempeſtate Piſani nominis oſoribus, Publicum in Medica Facultate cum Florenis ſexaginta, Legendi Officium ipſimet injunctum. (*c*) Vellem id de Lyceo noſtro uſurpari potuiſſe, quod jam de Urbe Roma eleganter ſcripſit Livius, (*d*), nempe quod *dum nullum*

F *fa-*

(a) *Lib.* II. *Doctor. Archiepiſc. Tabular. pag.* 205. *terg.*

(*b*) *Id. Paul. ex Lib. K. Domin Prior. pag.* 2. *& ex Volum.* II. *præd. Arch. Commun.*

(*c*) *Rotul. Medic. an. Flor.* 1504. *Piſ.* 1505. *in d. Reform. Tabular.*

(d) *Vid. Franc. Barbar. Epiſt.* 112. *ap.* Eminent. Quirin. in Diatr. pag. 151.

faſtiditur genus, *in quo eniteret Virtus*, *crevit Imperium Romanum*. At Gymnaſium noſtrum paulo poſt intercidit, ut ſupra, non ſine ingenti mærore, fuit adnotatum.

Ad proxima autem tranquilliora tempora Renovati Piſis Athenæi, non perveniſſe *Carolum*, conſtat ex veteri quodam OEconomico Codice *Introitus & Exitus* Piſani Monaſterii *PP. Camaldulenſium*, quibus, ut aliis quamplurimis cultioribusCivibus,Medicam operam præſtabat, in quo Libro, elabente anno 1514. interiiſſe adnotatur. (*a*)

Periit autem, ea quoque honorificentia clarus, quod & inter Urbis Reformatores aſſedit; & apud *Leonem* X. *Pont. Max.* Patriæ Civitatis nomine, de ipſius promotione ad Supremum Eccleſiæ Regimen, gratulaturus, Nuncii partes explevit; & Oratoris pro abſolutione a Cenſuris, quibus, occaſione anteactorum bellorum, fuerat illaqueata. (*b*)

In-

(a) *Lib. ſignat.* A. *Abbat:* Don. Simon. Martii pag. 30. *cujus extat nob. ſepulcr. in Eccl. S. Mich. in Burgo.*

(b) *Prælaud. Æques Franc. Paule ex Lib. Public. Deliber. pag.* 33. & *certius ex Volum.* VII. *pag.* 60. & *ſequ. ubi per extenſ. d. Abſolutio legitur.*

Infelici præcedentium temporum conditioni detur, Amice Lector, quod nonnullos, ſi non omnino anonymos, certe inglorios attigimus; aut forſan aliquem aliqua commemoratione dignum prætermiſimus.

99961795